AD PHOTII LEXICON.

(*Continuatur e Mnemosynes Vol.* IX. *pag.* 437).



CAPUT II.

AELII DIONYSII HALICARNASSENSIS

Ἀττικῶν ὀνομάτων λόγοι πέντε.

PAUSANIAE

Λεξικὸν κατὰ ϛοιχεῖον.



In quo volumine Photius legit Timaei et Boëthi libellos (de quibus in superiore capite diximus), in eodem duo alii libri continebantur, quorum titulos supra descripsimus. Audiamus Photium ipsum. Commemorata Timaei opella ita pergit: *περιείχετο δὲ τῷ (αὐτῷ) τεύχει καὶ* ΑΙΛΙΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ *Ἁλικαρνασσέως Ἀττικῶν ὀνομάτων τῆς πρώτης ἐκδόσεως λόγοι πέντε ἀπὸ τοῦ* Α *μέχρι τοῦ* Ω *τὰς Ἀττικὰς λέξεις κατὰ ϛοιχεῖον ἀναγράφοντες. Σκύμνῳ δὲ τὸ σύνταγμα προσφωνεῖ.* Deinde utilissimum hoc opus esse scribit, et iis quibus *τὸ ἀττικίζειν* studio esset, et iis qui Atticorum scripta diligenter lectitare vellent. *ὅσαι τε γάρ*, inquit, *ἐπιχωριάζουσι λέξεις τοῖς Ἀθηναίοις περί τε τὰς ἑορτὰς καὶ τὰς δίκας ἐντεῦθεν ἔϛιν ἐκμαθεῖν, καὶ εἴ τι ἄλλο ἰδιοτρόπως αὐτοῖς λέγεται, οὐ χαλεπὸν εὑρεῖν.* quibus haec continuo addit: *μάλιϛα εἴ τις μὴ τοὺς τῆς πρώτης ἐκδόσεως μόνον τόμους διερευνῴη ἀλλὰ καὶ τῆς δευτέρας ἐκδόσεως καὶ αὐτοὺς πέντε τόμους ὄντας καὶ ἀπὸ τοῦ* Α *μέχρι τοῦ* Ω *τὰς Ἀττικὰς λέξεις περιέχοντας, ὅσαι γε τῇ προτέρᾳ οὐ συμπερι-*

ελήφθησαν, ἢ περιελήφθησαν μὲν μαρτυρίαις δὲ ταῖς οὔσαις οὐκ ἐβεβαιώθησαν· ἐν γὰρ τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει πλατύτερόν τε καὶ ἀφθονώτερον αἱ μαρτυρίαι παρατέθεινται. In eo Codice igitur, quem Photius nactus est, utraque Editio τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων Aelii Dionysii Halicarnassensis continebatur, in quarum altera inerant prioris supplementa et additamenta: aut enim novae erant λέξεις in superiore editione omissae, aut nova scriptorum Atticorum testimonia, quibus carebant λέξεις in priorem editionem receptae. Auctor igitur est Photius ut duae editiones in unam conferantur: ὧν εἴ τις, inquit, τὰς δύο πραγματείας εἰς ἓν συναγαγεῖν σύνταγμα βουληθείη, χρησιμώτερόν τε τὸ φιλοτέχνημα ἐπιδείξει καὶ μετὰ ῥᾳστώνης ἐκτελέσει. Transit deinde ad Pausaniae Lexicon, de quo haec scribit: Ἀνεγνώσθη δὲ ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον οὐδὲν ἔλαττον τῶν προειρημένων εἰς τὰς Ἀττικὰς συναναγνώσεις χρήσιμον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον. εἰ γὰρ καὶ ταῖς μαρτυρίαις ἐνδεέστερον ἔχει, ἀλλ' οὖν ἔν τισι τῶν στοιχείων πολὺ ταῖς λέξεσι πλεονάζει, ὡς ἀμφοτέραις ἅμα ταῖς Αἰλίου Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως πραγματείαις τὴν μίαν ταύτην, καίτοι τῶν χρήσεων ἐπ' ἔλαττον, ὡς ἔφημεν, ἁπτομένην, ἐξισάζεσθαι τῷ τῆς γραφῆς ὄγκῳ. Itaque quemadmodum de Timaei et Boëthi λέξεσιν in unum conflandis admonuit, sic Photius censuit Aelii Dionysii et Pausaniae de lingua Attica observationes in unum veluti corpus esse redigendas. εἰ δέ τις, inquit, ἐκείναις ταῖς δυσὶν ἐκδόσεσιν (Aelii Dionysii) καὶ τὴν Παυσανίου ἐγκατατάξας ἓν ἀπεργάσαιτο σύνταγμα (ῥᾷστον δὲ τῷ βουλομένῳ) οὗτος ἂν εἴη τὸ κάλλιστον καὶ χρησιμώτατον τοῖς ἀναγινώσκουσι τὰς Ἀττικὰς βίβλους σπούδασμα εἰσενηνεγμένος. Utrumque hoc opus diu superfuit; nemo enim eorum, qui Eustathii Παρεκβολὰς εἰς τὴν Ὁμήρου Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν paulo diligentius inspexerunt, ignorat Archiepiscopum Thessalonicensem nactum esse et Aelii Dionysii τὰ Ἀττικὰ ὀνόματα et Pausaniae τὸ λεξικόν, unde permultas observationes sedulo ad Homeri locos illustrandos descripsit. Et de ipso Pausania quidem nihil ferme nobis aliunde constat: nihil nobis de illius aetate, nihil de patria innotuit. Alia res est in Aelio Dionysio, cuius et genus et patriam et aetatem accurate novimus. Halicarnassensem fuisse diserte testari Photium

audivimus. Est operae pretium ipsum Dionysium idem testantem audire. Eustathius ad Iliad. B. 869. (p. 368, 29) haec annotavit: *Καρῶν πόλις ἦν ἡ Ἁλικαρνασσός, ἐξ ἧς ὥρμητο Αἴλιος Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς, καθὰ δηλοῖ αὐτὸς ἐν οἷς περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων διαλεγόμενος λέγει οὐ Κᾶρας εἶναι τοὺς Ἁλικαρνασσεῖς ἀλλ' Ἕλληνας Δωριεῖς τῶν ἀποικισάντων Δωριέων Καρίαν, ὃ καὶ Ἀθηναῖοι ποιήσαντες καὶ εἰς Καρίαν κατάραντες, ὧν ἦρχε Νειλεύς, πόλιν Ἑλληνίδα (φησίν) ἐν αὐτῇ Μίλητον κατεσκευάσαντο, ἐφ' οἷς τοὺς τοιούτους Δωριεῖς σεμνύνας καὶ μίαν τῆς ἐν Ἀσίᾳ ἑξαπόλεως καὶ τὴν Ἁλικαρνασσὸν εἰπὼν εἶναι, ἐπάγει πρὸς τῷ τέλει ὅτι οὐδὲν ἂν ἴσως κωλύοι καὶ ἐν Καρίᾳ εἶναί τινα Ἀττικὴν φωνὴν καὶ ἐν ταῖς Ἀθήναις Καρικήν, φωνὴν Ἀττικὴν σεμνῶς εἰπὼν τὴν ἑαυτοῦ.* De genere et aetate disertum et luculentum exstat incerti scriptoris testimonium apud Suidam v. *Διονύσιος Ἀλεξάνδρου Ἁλικαρνασσεὺς ῥήτωρ καὶ παντοίως λόγιος. γέγονε δὲ ἐπὶ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ πρόγονος τοῦ ἐπὶ Ἀδριανοῦ γεγονότος Ἀττικιστοῦ.* Dionysius Alexandri F. Halicarnassensis Romam se venisse scribit post civile bellum ab Octaviano Augusto compositum; atque ibi moratum esse annos viginti ac duos, quum Coss. Ti. Claudio Nerone II et Cn. Calpurnio Pisone magnum opus Antiquitates Romanas ederet in lucem. Ant. Rom. I. 3 et 7. Quis sit aperit ipse cap. 8: *ὁ δὲ συντάξας αὐτὴν εἰμὶ Διονύσιος Ἀλεξάνδρου Ἁλικαρνασσεύς.* Edidit igitur librum anno septimo ante Chr. et in Italiam venit biennio post victoriam Actiacam anno ante Chr. vigesimo nono. Ex eius posteris fuit Aelius Dionysius Halicarnassensis *ὁ Ἀττικιστής, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ*, id est centum et quinquaginta ferme annis postquam maiorum suorum nobilissimus Romam venit. Aelius Dionysius *ὁ Ἀττικιστής* in patria remansit et Halicarnassi in Caria libros suos scripsit, ut liquido apparet ex verbis ab Eustathio ex eius Praefatione *τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων* descriptis: *οὐδὲν ἂν ἴσως κωλύοι καὶ ἐν Καρίᾳ εἶναί τινα Ἀττικὴν φωνὴν καὶ ἐν ταῖς Ἀθήναις Καρικήν.* Quod narrat Photius: *Σκύμνῳ δὲ τὸ σύνταγμα προσφωνεῖ*, confirmat Eustathius ad Iliad. B. 311 (p. 228, 38): *Αἴλιος Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς, ἐν οἷς γράφει πρὸς Σκύμνον, φησίν· Ἄγριαι στρουθοί· αἱ στρουθοκάμηλοι.* In-

scriptionem libri Ἀττικῶν ὀνομάτων λόγοι πέντε a Photio commemoratam confirmant et alii. Audivimus modo Eustathium dicentem: Αἴλιος Διονύσιος Ἁλικαρνασσεὺς — περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων διαλεγόμενος. In Homeri Codice Marciano A ad Iliad. O. 705 adscriptum est a prima manu: Σχόλιον. — Διονύσιος δὲ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τετάρτῳ Ἀττικῶν ὀνομάτων οὕτως ἔφη· "Φίλιππος μὲν τῆς μέσης δασυνομένης τὸ προσηγορικόν. οὕτως γὰρ καὶ ἐν Τηρεῖ Σοφοκλέους ἀναγινώσκομεν·

Ἥλιε, φιλίπποις Θρῃξὶ πρέσβιστον σέλας.

Φίλιππος δὲ ψιλῶς ὁ Μακεδών, καὶ ὠκύαλος μὲν δασέως ἡ ναῦς, ψιλῶς δὲ ὁ ἀνήρ·

ὦρτο μὲν Ἀκρόνεώς τε καὶ Ὠκύαλος."

Addam his utilissimum Aelii Dionysii locum ab Eustathio servatum ad Homeri Odyss. A. 53. (p. 1390, 50): Αἴλιος Διονύσιος παρασημειούμενός τινα ὅπως κατὰ γένη προφέρονται φησὶν οὕτω· "Κακκάβη θηλυκῶς ὁ κάκκαβος. οὕτω καὶ ἡ ἀρπάγη, δι' ἧς ἐκ φρεάτων κάδους ἀνάγουσιν. ἔτι δὲ καὶ ἡ βῶλος καὶ ἡ ὕαλος καὶ ἡ φάρυγξ καὶ ἡ στρύχνος καὶ ἡ χάραξ, τὸ τῆς ἀμπέλου ὑπόστημα· ὁ μέντοι χάραξ ἀρσενικῶς τὸ χαράκωμα τοῦ στρατοπέδου. ἔτι θηλυκῶς καὶ ἡ τύλη, τὸ φῦμα τὸ ἐπὶ τοῦ αὐχένος, καὶ ἡ ὄμφαξ καὶ ἡ ἄσβολος καὶ ἡ ψύλλα καὶ ἡ μεῖραξ καὶ ἡ θόλος καὶ ἡ μήκων. Θουκυδίδης οὖν μήκωνα μεμελιτωμένην φησί. ταῦτα κατὰ γένος θηλυκόν. ἀρσενικῶς δὲ ὁ χοῦς, ὁ ὄροφος, ὁ θίς, ὁ λιμός, ὁ σκότος, ὁ Τάρας, ὁ Ἀκράγας. οὐδέτερα δὲ τὸ νῶτον, τὸ ζυγόν, τὰ ἐπίδεσμα, τὸ στρωματόδεσμον, τὸ θύμον, τὸ σίαλον, τὸ κέδρον, τὰ θεμέλια, τὸ τέμαχος. ἀρσενικὰ δὲ καὶ οὐδέτερα ὁ τάριχος καὶ τὸ τάριχος, τὰ στάδια καὶ οἱ στάδιοι, quibus Eustathius adscribit: δῆλον δὲ ὅτι Ἀττικῶς ταῦτα πάντα, ἐπεὶ καὶ Ἀττικαῖς λέξεσιν ὁ Διονύσιος ἐπεξέρχεται. Nempe haec omnia sunt Ἀττικὰ ὀνόματα, quae sola Aelius Dionysius colligebat.

Addendum his denique est luculentum testimonium Phrynichi. In Bekkeri Anecd. p. 67, 4 ἐκ τῆς τοῦ Φρυνίχου σοφιστικῆς προπαρασκευῆς haec afferuntur: Ὑπόξυλος ποιητής, ῥήτωρ καὶ φίλος καὶ τὰ ὅμοια: εἴρηται κατὰ μεταφορὰν τῶν ἀπὸ ξύλου πεποιημένων σκευῶν, οἷς ἐπιπολῆς ἐλήλαται ἄργυρος ἢ χρυσός. καὶ τίθεται ἐπὶ τῶν πονηρῶν μὲν ἐντυχεῖν δ' ἐπιεικῶν,

ad quem locum Bekkerus in Annot. Crit. p. 1073 Phrynichi annotationem integriorem ex Hermogenis Scholiasta protulit hanc: *Φρύνιχος ἐν τῇ σοφιστικῇ παρασκευῇ παρατίθεται τὸ ὑπόξυλος ῥήτωρ καὶ ποιητής. εἴρηται δὲ (φησὶ) μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ἐκ ξύλου σκευῶν, οἷς ἐπιπολῆς ἐπελήλαται ἄργυρος. κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν λαμπρῶν μὲν ἔξωθεν καὶ ἐπιεικῶν, πονηρῶν δὲ τὰ ἔνδον. Αἰσχύλος ἐν Πέρσαις, μέμνηται καὶ Διογενιανὸς ἐν τῇ λέξει τούτου, καὶ Διονύσιος ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ὀνομάτων, ὅτι Μένανδρος ἐν τῇ Περινθίᾳ φησίν·*

οὐδ' αὐτός εἰμι σὺν θεοῖς ὑπόξυλος.

οἷον κίβδηλος καὶ οὐ γνήσιος οὐδὲ ἀληθής, ἀπὸ τῶν ξυλίνων καὶ περιηργυρωμένων σκευῶν. Phrynichus, ut vides, laudans Aelii Dionysii *τὰ Ἀττικὰ ὀνόματα* notum omnibus scriptorem ac librum satis habuit sic appellare: *Διονύσιον ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ὀνομάτων.*

Hunc igitur Aelii Dionysii librum utilissimis et doctissimis observationibus de linguae Atticae ratione et usu refertum philologi omnes olim intercidisse opinantur, et de tanto thesauro nihil superesse praeter paucos quosdam locos negligentius ab Eustathio hic illic *ἐν ταῖς Παρεκβολαῖς* ex illo excerptos. Falluntur. Opima pars egregii operis aetatem tulit et manibus philologorum teritur, sed nescientium se Aelii Dionysii Halicarnassensis *τὰ Ἀττικὰ ὀνόματα* manibus tenere. Acutissime hoc perspexit Naberus meus, qui quum indagaret ex quibus fontibus Photiana *λέξεων συναγωγή* hausta esset sagaciter animadvertit *quae ex* Aelio Dionysio *afferrentur ea totidem verbis apud* Photium *prostare*, et nemo semel admonitus id magnopere mirabitur, aut dubitabit quin sit verissime repertum, cognitis iis quae ex Photii Bibliotheca supra protulimus. Vidimus Photium Aelii Dionysii et Pausaniae libros nactum eos admirari et suadere ut in unum haec omnia componantur, nempe utilissima futura iis qui aut Attice scribere vellent aut Atticorum scripta intelligere. Ubi igitur ipse ad *λέξεων συναγωγὴν* contexendam animum appulit, usus est ipse iis, quibus antea aliis ut uterentur suaserat, et Aelii Dionysii Pausaniaeque opes eodem modo in suam farraginem recepit, quo Timaei et Boëthi observationes receperat. Naberus ipse nuper e patria profectus *εἰς τὰ*

ἔσχατα γῆς Litterarum antiquarum studia in India Orientali excitaturus et recturus, ubi quid illic nactus erit otii, inventum illud suum suo more diligenter et scite demonstrabit ornabitque. Equidem igitur ad Photium illustrandum illo invento non utar, rem integram dilectissimo discipulo olim meo nunc amico relinquens, qui ipse aliquando indagabit sitne a Photio materies ex Aelio Dionysio et Pausania collecta in unum et sic in suam συναγωγὴν recepta, an solius Aelii Dionysii opibus usus sit, caeteraque omnia, quae eodem pertinent, perscrutabitur et exponet in illis oris, ubi aut raro aut numquam huiusmodi φιλοτέχνημα vel mente conceptum est vel litteris mandatum.

Ergo Naberi sagacitate iam intelligimus novimusque unde tot manaverint verissimae et acutissimae de usu linguae Atticae observationes, quas in Photio admirabamur. Intelligimus nunc denique unde tam varia et multiplex et elegans eruditio, qualis per omnem Photianam συναγωγὴν aequabiliter diffusa est, prodierit et per Photii manus tulerit aetatem.

Scilicet haec Hadriano imperante eruditissimus Ἀττικιστὴς libris veterum affluens in summo otio collegit composuitque, quae multis posthac saeculis Photius ei impudentissime suffuratus est ne nomine quidem commemorans illum virum, cuius exquisitas opes divitiasque litterarias in suum horreum comportasset. Ergo posthac contemto Photio, *qui nil praeter manum aut suam aut servi librarii commodavit*, verus auctor harum copiarum agnoscetur habebuntque optimae annotationes etiam aetatis et auctoritatis commendationem. Aliud est enim a Photio aliquid inaudivisse, aliud a Dionysii Halicarnassensis abnepote Hadriani aetate pronuntiatum legere. Aliis igitur oculis Photianas λέξεις abhinc contemplaturi sumus earumque pondus aestimaturi. Poterant adhuc Grammatici et Critici impune Photii testimonium vilipendere et contemnere, sero natum testem fastidiose repudiantes, sed vetus et perdoctus Ἀττικιστὴς testis erit attentissime audiendus. Photianis lectionibus et in aliorum scriptis et in Platonis adhuc opponebantur vetusti libri ipsi Photio paene aequales. Nunc quid morabimur Codices saeculo NONO exaratos ubi constabit quid ineunte saeculo SECUNDO in suis

libris legerint eruditi *ἀττικισταί*? Valebit iterum illud Euripideum:

λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.

Verum de his alius erit dicendi locus: nunc illud potius agam ut Aelii Dionysii reliquias et Pausaniae aliunde quam ex Photio indagem. Non enim soli Photio sed aliis quoque insperato illa clara lux affulsit. Scilicet, ut ex Eustathio apparet, ille thesaurus litterarius saeculo duodecimo adhuc supererat et postea demum hominum incuria neglectus periit. Usi sunt illis copiis et alii et imprimis grammaticus nescio quis, cuius exstat in Codice Segueriano *Συναγωγὴ λέξεων χρησίμων ἐκ διαφόρων σοφῶν τε καὶ ῥητόρων πολλῶν*, edita in Bekkeri Anecdotis p. 321—476. Exstat autem *τὸ* A *στοιχεῖον* solum integrum (nam reliqua pars operis ad futilem ieiunitatem contracta est), ab *'Αάατον* usque ad *'Αωτεύειν*, et aliunde sedulo collectum et ex Aelii Dionysii Pausaniaeque Lexicis. Fallitur enim Photii Editor Cantabrigiensis (Dobraeus), qui credidit Lexicon illud Seguerianum „*totum in Photii syllogen relatum esse.*"

Quod autem collector in fronte libri scripsit *Συναγωγὴ Λέξεων ἐκ* — ΡΗΤΟΡΩΝ *πολλῶν*, sciendum est sequiorum temporum Graeculos *ῥήτορας* appellare solere veteres grammaticos et *'Αττικιστάς* et Lexicorum conditores caeterosque eruditos antiquarios omnes. Saepe sic Athenaeus ab Eustathio *ῥήτωρ* appellatur, veluti ad Odyss. T. 28 (pag. 1854, 8), ubi quum dixisset *ὡς ὁ 'Αθήναιος ἱστορεῖ*, post pauca addit: *ὥς φησιν ὁ αὐτὸς ῥήτωρ.* Sic igitur is, qui *τὴν τῶν χρησίμων λέξεων συναγωγὴν* composuit, Aelium Dionysium et Pausaniam et Phrynichum describens *ἐκ πολλῶν ῥητόρων* materiem colligebat.

Sed primum omnium de Suida dicendum est, qui quum Photianam *συναγωγήν*, ut supra vidimus, totam in suum Lexicon receperit, manifestum est, si Photius Aelium Dionysium descripserit, *in Suida plurimas Aelii Dionysii λέξεις et reliquias exstare oportere*, ubicunque apud Suidam illa leguntur quae ille Photio non nominato suffuratus est. Res est perspicua. Faciamus igitur periculum et luculentis quibus-

dam documentis rem extra omnem dubitationis aleam ponamus. Apud Photium in Codice Galeano perierunt omnia quae inter 'Ἆσαι et 'Αγχίνοια olim interposita fuerunt. Porsono quatuor folia deesse videbantur. Apud Suidam nihil desideratur, qui et 'Ἆσαι et 'Αγχίνοια e Photio sumsit cum mediis omnibus, in his eruditas λέξεις quae leguntur in v. 'Αβδέλυκτα, Ἅβρα, 'Αγαπησμός, Ἄγγαροι, 'Αγῆλαι, Ἄγνος et 'Αγοράσαι. Habent hae λέξεις omnes illam variam et elegantem doctrinam, qualis in Photianis cernitur. Insunt exquisita veterum scriptorum et poëtarum testimonia, quae Aelius Dionysius vivo Hadriano colligere potuit, vivo Photio autem (ne dicam Suidae aetate) nemo alibi poterat legere quam in eruditis grammaticorum et Atticistarum Lexicis. Accipe exemplum: apud Suidam legitur v. Ἄγνος: — ἄγνον οὐχὶ λύγον καλοῦσιν καὶ ἀρσενικῶς. Χιωνίδης Ἥρωσι·

καὶ μὴν μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἔτι γέ μοι δοκῶ
ἄγνου διαφέρειν ἐν χαράδρᾳ πεφυκότος.

Πλάτων· ἥ τε γὰρ πλάτανος αὕτη μάλα ἀμφιλαφὴς καὶ ὑψηλὴ καὶ τοῦ ἄγνου δὲ τὸ ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον. Haec igitur Suidas fideliter ex Photii συναγωγῇ descripsit: Photius ea ex Aelii Dionysii 'Ονόμασιν 'Αττικοῖς fideliter descripserat. Audi disertum Eustathii testimonium ad Odyss. I. 435 (p. 1638, 11): Λύγος δὲ φυτὸν εὔστροφον, ὃ δὴ καὶ ἄγνος λέγεται παρ' 'Αττικοῖς. φησὶ γοῦν Αἴλιος Διονύσιος· "Ἄγνον ἀρσενικῶς οὐ λύγον καλοῦσιν 'Αττικοί." φέρει δὲ καὶ χρῆσιν Πλάτωνος ταύτην· "ἥ τε γὰρ πλάτανος αὕτη μάλα ἀμφιλαφὴς καὶ ὑψηλὴ καὶ τοῦ ἄγνου τό τε ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον." Viden Aelii Dionysii λέξιν a Photio olim cum caeteris descriptam ex eo a Suida esse sumtam? Eustathius poëtae Comici locum omisit, et de suo 'Αττικοί inseruit. Aelius Dionysius enim 'Αττικὰ ὀνόματα componens solet tantum λέγουσι ponere aut καλοῦσιν, quae saepissime apud Photium recurrunt. Pauca vide de multis: v. 'Ερικτῶν: — τοῦτο λέγουσιν ἐρικτόν. In v. 'Ερκείου Διός: — Ἕρκειον Δία καλοῦσιν. In v. 'Εσπέραν λέγουσι τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν. In v. 'Εστήξω τὸ μέλλον λέγουσι καὶ ἑστήξει καὶ τὰ ὅμοια οὕτως. In v. 'Ετερόπλουν λέγουσι καὶ ἀμφοτερόπλουν. In v. 'Ετερόφθαλμος: οὕτως λέγουσιν οὐ μονόφθαλμος. In v. 'Ετνή-

ρυσιν: λέγουσι δὲ καὶ ζωμήρυσιν. In v. Εὐαγγελεῖν ὑφ' ἓν λέγουσι καὶ κακαγγελεῖν. In v. Εὐγνώμων τὸν εὔγνωςον λέγουσιν. In v. Εὐερμία: — κοινὸν Ἑρμῆν ἔλεγον. In v. Εὐλάβησο καὶ εὐλάβησαι λέγουσιν. In v. Εὐθὺς λέγουσι καὶ εὐθέως, et sic alibi passim. Omnia huiuscemodi sine ulla dubitatione ἐκ τῶν Αἰλίου Διονυσίου Ἀττικῶν ὀνομάτων ad verbum descripta sunt. Revertor ad Suidam, apud quem v. Ἄβρα haec legitur docta annotatio: Ἄβρα: οὔτε ἡ ἁπλῶς θεράπαινα οὔτε ἡ εὔμορφος θεράπαινα λέγεται ἀλλ' οἰκότριψ γυναικὸς κόρη καὶ ἔντιμος εἴτε οἰκογενὴς εἴτε μή. Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ·

Μήτηρ τέθνηκε ταῖν ἀδελφαῖν ταῖν δυοῖν
ταύταιν. τρέφει δὲ παλλακή τις τοῦ πατρός
αὐτάς, ἅβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη.

Σικυωνίῳ·

ἅβραν γὰρ ἀντωνούμενος
ἐρωμένην ταύτῃ μὲν οὐ παρέδωκ' ἔχειν,
τρέφει δὲ χωρὶς ὡς ἐλευθέρᾳ πρέπει.

Ἀπίςῳ·

ᾤμην εἰ τὸ χρυσίον λάβοι
ὁ γέρων, θεράπαιναν εὐθὺς ἠγορασμένην
ἅβραν ἔσεσθαι.

Profecto haec sunt optimae et antiquae notae. Nec mirum, namque Hadriano imperante ab eruditissimo Aelio Dionysio e Menandri fabulis collecta sunt. Fidem faciet Eustathius ad Odyss. T. 28 (pag. 1854, 16): αἱ θρεπταὶ τοῖς δεσπόταις δοῦλαι ἅβραι λεγόμεναι ἐθνικῶς κεῖνται παρὰ σοφοῖς Ἕλλησι. Μένανδρος·

τρέφει (δὲ) παλλακή τις τοῦ πατρός
αὐτὰς ἅβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη.

ἔςι δὲ ἅβρα κατὰ Παυσανίαν ἡ σύντροφος καὶ παρὰ χεῖρα θεράπαινα, ἡ καὶ οἰκότριψ παροξυτόνως κατὰ Αἴλιον Διονύσιον καὶ ἔντιμος. Viden ea quae e Suida descripsimus erudito Ἀττικιςῇ Halicarnassensi deberi? Evolve nunc mihi τὴν λέξεων χρησίμων συναγωγὴν in Bekkeri Anecdot. p. 322, 12:

Ἄβρα: ἡ σύντροφος καὶ παρὰ χεῖρα θεράπαινα.

Ἄβραι: νέαι δοῦλαι. οἱ δέ φασιν οὔτε ἁπλῶς ἡ θεράπαινα λέγεται οὔτε ἡ εὔμορφος, ἀλλ' ἡ οἰκότριψ γυναικὸς κόρη καὶ ἔντιμος εἴτε οἰκογενὴς εἴτε μή. Vides harum λέξεων collecto-

rem quisquis fuit simul Pausaniae λεξικὸν describere et Aelii Dionysii τὰ Ἀττικὰ ὀνόματα. Simul vides eximias Menandri χρήσεις, quas Suidas e Photio addidit, apud illum nusquam comparere, cuius rei quam putem esse causam infra exponam: nunc hoc tantum admoneo saepe fieri solere, ut qui antiquorum λέξεις describant, omittant cum insigni litterarum damno τὰς τῶν παλαιῶν χρήσεις ab eruditis magistris olim appositas. Idem saepius notavi factum esse in λέξεσιν Aelii Dionysii, quas aut Photius servavit aut ex Photio Suidas. Plurimae veterum χρήσεις auro contra carae olim ab erudito ἀττικιστῇ e libris suis excerptae ad nos in Photiana sylloge salvae et incolumes pervenerunt, sed saepius factum est quod solet, ut Veterum loci resecarentur. Pauca haec exempla vide. Photius ex Aelio Dionysio descripsit haec: Λυκοφιλίως: ὑπόπτως, ὑπούλως. οὕτω Μένανδρος. Audi nunc Eustathium ad Iliad. K. 334 (pag. 809, 42): παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ κεῖται τὸ λυκοφιλίως ἀντὶ τοῦ ὑπόπτως, ὑπούλως, ὃς φέρει καὶ Μενάνδρου χρῆσιν ταύτην·

λυκοφίλιοι γάρ εἰσιν αἱ διαλλαγαί.

Apud Photium legitur inter Ἠθεῖος et Ἤθη Timaei glossa: Ἤθεος: ἄφθαρτος πρὸς γυναῖκας, et post pauca inter Ἤϊα: τὴν τῶν ὀσπρίων καλάμην, et Ἤϊα: βρώματα καὶ τὸ ἐπορευόμην, media collocantur haec: Ἠΐθεος: ὁ ὥραν ἔχων γάμου καὶ μηδέπω γεγαμηκώς. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἐπίγαμος. Plura et meliora Aelius Dionysius dederat, quae exstant apud Eustathium ad Iliad. Σ. 593 (pag. 1166, 35): ἠΐθεοι οἱ ὡραῖοι γάμου καὶ μηδέπω γεγαμηκότες. ὡς δὲ καὶ τρισυλλάβως ἤθεος λέγεται ὁ ἠΐθεος προσγραφέντος τοῦ Ι Διονύσιος Αἴλιός φησιν. καὶ ἔϛι, φασὶν (l. φησὶν), Ἀττικόν. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ παρθένου τὸ ἤθεος καὶ χρῆσις φέρεται εἰς τοῦτο αὕτη·

εἰ μὴ κόρη δεύσειε τὸ ϛαῖς ἤθεος.

quem Eupolidis senarium esse docet Eustathius ad Iliad. Δ. 474 (pag. 500, 38) ubi et ex Euripide (Phoeniss. 951) affert:

Αἵμονος μὲν οὖν γάμοι
σφαγὰς ἀπείργουσ', οὐ γάρ ἐϛιν ἤθεος.

Attici numquam aliter quam ἤθεος dixerunt τρισυλλάβως, sed scribae e vetusta scriptura ΗΙΘΕΟϹ notam sibi formam Homericam ἠΐθεος eliciunt, quae undique ex Atticis scripto-

ribus expellenda est. Saepe apud Platonem legitur ἠΐθεος, vid. Ruhnken. ad Tim. v. Ἠΐθεος (sic): ἄφθαρτος πρὸς γυναῖκας, qui ἤθεος dederat. Quam sint nonnulli in talibus negligentes supra ostendimus. Sed revertor ad λέξεις resectis poëtarum testimoniis mutilatas. Apud Photium est: Τρυσίππιον: ἔγκαυμα ἵππου γεγηρακότος ἐπὶ τῆς γνάθου τροχῷ ὅμοιον. οὕτως Εὔπολις. Audi iterum Eustathium ad Odyss. Δ. 762 (pag. 1517, 8): τρύσιππον, ὃ τοῖς τετρυμένοις καὶ ἀχρήςοις ἵπποις ἐπιβάλλεται, ἢ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον τρυσίππιον τετρασυλλάβως ἔγκαυμα ἵππου γεγηρακότος ἐπὶ τῆς γνάθου ὅμοιον τροχῷ. Φέρει δὲ αὐτὸς καὶ χρῆσιν Εὐπόλιδος ταύτην·

ἀλλ' ὥσπερ ἵππῳ μοὐπιβαλεῖς τρυσίππιον.

Legitur in Bekkeri Anecd. p. 360, 32 haec λέξις ex Aelio Dionysio descripta: Αἴνειν: τὸ ἀναδεύειν καὶ ἀνακινεῖν τὰς κριθὰς ὕδατι φυρῶντα. Integriora accipe ab Eustathio ad Iliad. K. 249 (pag. 801, 56): ἐν τῷ Αἰλίου Διονυσίου λεξικῷ γράφεται οὕτως· Αἴνειν: τὸ ἀναδεύειν καὶ ἀνακινεῖν κριθὰς ὕδατι φυρῶντα. Φερεκράτης·

νῦν ἐπιχεῖσθαι τὰς κριθὰς δεῖ, πτίττειν, φρύγειν, ἀναβράττειν, αἴνειν.

Πανσανίας δὲ ἐν τῷ κατ' αὐτὸν λεξικῷ οὐ διὰ διφθόγγου γράφων ΑΙΝΕΙΝ ἀλλὰ διὰ μόνου τὸ Α διχρόνου φησίν· ἈΝΕΙΝ ἐν ἐκτάσει ἔχει τὸ α, δηλοῖ δὲ τὸ πτίσσειν, ὡς Ἀριςοφάνης ἐν Εἰρήνῃ δηλοῖ. καὶ Φερεκράτης δ' ἔτι φησίν·

νῦν δ' ἐπιχεῖσθαι τὰς κριθὰς δεῖ, πτίσσειν, φρύγειν, ἀναβράττειν, ἄνειν, ἀλέξαι, μάξαι, τὸ τελευταῖον παραθεῖναι.

secundum versum Bergkius sic restituit: αἴνειν, ἀλέσαι, μάξαι, (πέψαι), τὸ τελευταῖον παραθεῖναι. De rarissimo verbo Αἴνω haec mihi comperta sunt. Graecum est αἴνω, ut φαίνω (non ἄνω, ἀνῶ aut αἰνῶ), significans ἀληλεμένον σῖτον ἀναβράττειν vel κάχρυς ἐπτισμένας ταῖς χερσὶν ἀνατρίβειν, ut Hesychii hae λέξεις demonstrant:

Ἀφῆνα: ἔκοψα.
Ἀφῆναι: τὸ τὰς ἐπτισμένας κριθὰς ταῖς χερσὶ τρῖψαι.
Ἦνας: κόψας.
Ἄναντα: — τὰ μὴ κεκομμένα παρὰ τὸ αἴνειν, ὅ ἐςι κατακόπτοντα πτίσσειν.

Dicitur ἧνας et ἀφῆναι ex αἴνω, ἀφαίνω, ut φῆνας et ὑφῆναι ex φαίνω et ὑφαίνω, et Ἄναντα sic ex αἴνω formatum est ut ἄκραντα, ἀμίαντα, ἀσήμαντα ex κραίνω, μιαίνω, σημαίνω. Hinc est illa λέξις apud Photium Ἧνας: κόψας. Apparet ex his veluti ναυαγίοις antiqui sermonis quantae Graecitatis divitiae nobis perierint. In scriptoribus Graecis, qui supersunt, non est verborum αἴνω et ἀφαίνω vola aut vestigium. Galenus ex Hippocrate affert Ἧναι: κόψαι, sed olim interpolatus locus est ubi sic antiquitus legebatur. Pausanias in Aristophanis Pace verbum αἴνειν legerat, quod nunc nusquam locorum comparet, nam incertissima sunt quae ludit Bergkius in Aristophanis fragmento ἐκ τῶν Γεωργῶν Tom. II. p. 988 Meinek. Unicus hodie superest locus Pherecratis, quem in λέξεων χρησίμων συναγωγῇ omissum ex ipso Aelio Dionysio et Pausania retraximus.

Addam aliud exemplum λέξεως Aelii Dionysii mutilatae. Legitur apud Photium: Ὑπόξυλος: κίβδηλος, ὡς ὑπόχαλκος. οὕτω Μένανδρος. Phrynichus (cuius locum supra p. 54 attulimus) ita scribit: (φησὶ) Διονύσιος ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ὀνομάτων, ὅτι Μένανδρος ἐν τῇ Περινθίᾳ φησίν·

οὐδ' αὐτός εἰμι σὺν θεοῖς ὑπόξυλος.'

οἷον κίβδηλος. Ipsa λέξις, ut vides, superest cum nomine Menandri, cuius versiculus a Dionysio adscriptus incuria est praeteritus. Apud Suidam neque Αἴνειν neque Ὑπόξυλος exstat, ut et aliae compluscuIae λέξεις Photianae apud eum desiderantur, incertum ipsius an scribarum negligentia, praesertim minutiores, namque nulla λέξις paulo luculentior apud eum omissa est.

Revertor iam ad illas λέξεις, quas in prima Codicis Galeani lacuna deperditas Suidas ab interitu servavit, easque ἐκ τῶν Αἰλίου Διονυσίου ὀνομάτων Ἀττικῶν sumtas esse demonstrabo. Eustathius, postquam de usu nominis ἅβρα apud Atticos ex Aelio Dionysio, retulisset ita pergit (ad Odyss. T. 27. pag. 1854, 18): οὕτω κεῖται, ὡς ὁ αὐτὸς Διονύσιος λέγει, καὶ παρὰ Θεοπόμπῳ ἀβυρτάκη ὑπότριμμά τι δριμὺ βαρβαρικὸν διὰ πράσων καὶ καρδάμων καὶ κόκκων ῥοᾶς καὶ ἑτέρων τοιούτων. φησὶ γοῦν·

Ἥξει δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων
πλεῖστων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη.

Παυσανίας δὲ καὶ ἀπὸ σινάπεως καὶ ϛαφίδων εἶναι φησὶ τὸ τῆς ἀβυρτάκης ὑπότριμμα, ᾧ καὶ πρὸς κοιλιολυσίαν ἐχρῶντο. Descripserat haec olim fideliter Photius, Photiumque Suidas apud quem v. Ἀβυρτάκη sic legitur: ὑπότριμμα βαρβαρικὸν κατασκευαζόμενον διὰ πράσων καὶ καρδάμων καὶ ῥοιᾶς κόκκων καὶ ἑτέρων τοιούτων. δριμὺ δηλονότι. Θεόπομπος Θησεῖ·

Ἥξει δὲ Μήδων γαῖαν ἔνθα καρδάμων
πλείϛων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη.

ἔϛι δὲ καὶ ἐν Κεκρυφάλῳ Μενάνδρου τοὔνομα. Ex ipso Aelio Dionysio et Pausania Collector τῶν χρησίμων λέξεων apud Bekker. Anecd. p. 323, 26 haec sumsit: Ἀβυρτάκη: ὑπότριμμα βαρβαρικὸν ἐκ δριμέων σκευαζόμενον, φημὶ ἐκ καρδάμων καὶ σκορόδων καὶ σιπάνεως καὶ ϛαφίδων, ᾧ πρὸς κοιλιολυσίαν ἐχρῶντο. Θεόπομπος Θησεῖ·

Ἴξῃ δὲ Μήδων γαῖαν ἔνθα καρδάμων
πλείϛων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη.

ἔϛι καὶ ἐν Κεκρυφάλῳ Μενάνδρου τοὔνομα. Coniunxit in unum, ut vides, Aelii Dionysii et Pausaniae testimonium. Pro ἥξει et ἴξῃ praeeunte Meinekio emendandum est ἥξεις. Theopompus in illa fabula more poëtarum mediae Comoediae Tragica argumenta ac personas in ludum iocumque converterat simul tragicam dictionem ioculariter imitans. Quemadmodum Aeschylus ἐν τῷ λυομένῳ Προμηθεῖ dixerat:

πρώτιϛα μὲν / Βορεάδας ἥξεις πρὸς πνοάς.

et:

ἔπειτα δ' ἥξεις δῆμον ἐνδικώτατον / Γαβίους.

et:

ἥξεις δὲ Λιγύων εἰς ἀτάρβητον ϛρατόν.

sic Theopompus ludens dixit ἐν Θησεῖ·

ἥξεις δὲ Μήδων γαῖαν κτἑ.

simul iocose magnificum Tragicorum γαῖαν pro γῆν substituens.

Pergit Eustathius l. l. alias λέξεις ex Aelio Dionysio afferre, quas videbis apud Suidam omnes ex eodem fonte per Photium servatas exstare. παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ (Αἰσχύλῳ) ἐν Ἀγαμέμνονι, scribit Eustathius (p. 1854, 26), καὶ οἱ ἄγγαροι κεῖνται λέξις φανερῶς Περσική.

φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
ἔπεμπεν.

κυρίως δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἄγγαροι οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι, οἱ δ' αὐτοί, φησί, καὶ ἀςάνδαι Περσικῶς. τίθεται δὲ (φησὶν) ἡ λέξις καὶ ἐπὶ φορτηγῶν καὶ ὅλως ἐπὶ ἀναισθήτων καὶ ἀνδραποδωδῶν. ὅθεν καὶ ἀγγαροφορεῖν τὸ φορτία φέρειν ἄλλως τε καὶ ἐκ διαδοχῆς, καὶ ἀγγαρεύεσθαι τὸ εἰς φορτηγίαν καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι. Compara cum his Suidae *λέξεις* e Photiana *συναγωγῇ* descriptas: *Ἄγγαροι: οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἀςάνδαι. τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι·*

φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
ἔπεμπε.

τίθεται τὸ ὄνομα καὶ ἐπὶ τῶν φορτηγῶν καὶ ὅλως ἀναισθήτων καὶ ἀνδραποδωδῶν. καὶ τὸ Ἀγγαροφορεῖν ἐπὶ τοῦ τὰ φορτία φέρειν, καὶ Ἀγγαρεύεσθαι καλοῦσιν, ὥσπερ ἡμεῖς νῦν, τὸ εἰς φορτηγίαν καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι. Μένανδρος καὶ τοῦτο ἐν τῷ Σικυωνίῳ παρίςησιν·

ὁ πλέων κατήχθη· κρίνεθ' οὗτος πολέμιος.
ἐὰν ἔχῃ τι μαλακὸν ἀγγαρεύεται.

Ipsam Aelii Dionysii *λέξιν* tenemus. Non Suidas saeculo XII, sed Dionysius vivo Hadriano dixit *καλοῦσιν* (*οἱ Ἀττικοί*) *ὥσπερ ἡμεῖς νῦν*. Idem diligenter ubique etiam apud Photium observandum, veluti quod legitur v. *Ἐρανιςὰς ὡς ἡμεῖς καλοῦσιν. Ἀριςοφάνης Ὁλκάσιν·*

πρῴην ἐρανιςὰς ἑςιῶν ἤψησ' ἔτνος.

et v. *Ἐρυγγάνειν, ὃ ἡμεῖς ἐρεύγεσθαι*, et v. *Εὐημερία, ὡς ἐν τῇ συνηθείᾳ. Ἄλεξις Ὀλυνθίᾳ·*

Εὐημερία δέσποινα καὶ Μοῦσαι φίλαι.

aliaque similia passim non sunt referenda ad loquendi usum Photii et aequalium, sed ad illam *συνήθειαν*, quae Hadriani temporibus obtinebat.

Ex eodem Aelii Dionysii loco eadem descripsit Collector *τῶν χρησίμων λέξεων* in Bekkeri Anecd. p. 325, 13: *Ἄγγαροι: οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἀςάνδαι. τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι·*

φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
ἔπεμπεν.

et paulo ante p. 325, 10: *Ἀγγαροφορεῖν: τὸ κατὰ διαδοχὴν πεμπόμενόν τι φορτίον. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν φορ-*

τηγῶν καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ λιμένος παραφυλακῶν. ὁ δὲ ἄγγαρος Περσικόν, quae ex Aelio Dionysio et Pausania conflata sunt. Ex solo Pausania idem haec descripsisse videtur p. 325, 2: Ἄγγαρος: ἐργάτης, ὑπηρέτης, ἀχθοφόρος. ὅθεν ἀγγαρείαν λέγομεν ἀνάγκην ἀκούσιον καὶ τὴν ἐκ βίας γινομένην ὑπηρεσίαν. καὶ ἄλλως ἄγγαρος λέγεται ὁ νωθρός. παρὰ τοῖς βαρβάροις δὲ ὁ δημόσιος γραμματηφόρος. ὅθεν ἀγγαρεύεσθαι τὸ εἰς δημοσίαν χρείαν ὑπηρετεῖν.

Pergit Eustathius p. 1854, 33: Αἴλιος δὲ Διονύσιος λέγει ὅτι Περσικὸν ὄνομα καὶ ὁ μανδύας. ἔοικε δὲ, φησὶ, φαινόλῃ. καὶ ὁ γράψας δὲ γέντα τὰ κρέα κατὰ γλῶσσαν Θρᾳκῶν ἔγραψεν. οὐκ ἂν δέ τις ἀπισχυρίσαιτο μὴ οὐκ εἶναι καὶ τὸν ἀρράβακα ἐθνικὸν, ὅς ἐστι κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὀρχηστὴς ἢ βλάσφημος. Παυσανίας δὲ καὶ ἐτυμολογίαν αὐτοῦ παραδιδοὺς γίγνεσθαί φησιν ἀπὸ τοῦ ἀρραβάσσειν, ὅ ἐστιν ὀρχεῖσθαι. Ex his Μανδύας apud Photium superest, sed λέξις est mutilata. Γέντα pro κρέα dixit Callimachus, cuius verba leguntur apud Suidam v. Γέντα: μέλη.

Γέντα βοὸς μέλδοντες.

Καλλίμαχος. Melius κρέα interpretatur is quem Eustathius sequitur: caeterum Callimachi absurda dictio Thracibus est aliquanto quam Graeco poëta dignior. Pausaniae glossulam praeter Hesychium (de quo alias dicemus) servavit Collector τῶν χρησίμων λέξεων in Bekker. Anecd. p. 446, 26: Ἀρράβακα: τὴν ὀρχηστρίδα ἢ καὶ τὸν ὀρχηστήν. ἢ καὶ βλάσφημον ἀπὸ τοῦ ἀρραβάσσειν, ὅ ἐστιν ὀρχεῖσθαι. Haec omnia Eustathius protulit ut doceret ὅτι γέμει διὰ τὰς ἐπιμιξίας μυρίων ἐθνικῶν λέξεων ἡ Ἑλλὰς γλῶσσα. Ab exteris nationibus sumta esse omnia, quae enumeravimus, ἄβρα, ἀβυρτάκη, ἄγγαρος, μανδύας, γέντα, ἀρράβακα, vere tradidit addiditque βοῦνος, παρασάγγης, ἄγγατος, ἄγγον, βλωθρή, βαλήν, μόρτη, et alia nonnulla, quae quoniam ex Aelio Dionysio et Pausania sumta sunt adscribemus. Scribit p. 1854, 9: ἡ Ἀχάνη μέτρον Βοιώτιον πολλῶν τινῶν, φασί, μεδίμνων. Περσικὰ δὲ, φασὶ, μέτρα αἱ ἀχάναι, ἃς καὶ κίστας εἶπόν τινες, εἰς ἃς ἀπετίθεντο ἐπισιτισμοὺς οἱ ἐπὶ θεωρίαν στελλόμενοι. Eadem partim sunt in Bekk. Anecd. p. 473, 32 partim apud Hesychium v. Ἀχάναι, et in Scholiis ad Aristophanis Acharn. vs. 108.

Sequitur: ἦν δὲ καὶ ἄδδιξ μέτρον τι, φασὶ, τετραχοίνικον. Ἀριςοφάνης·

ἀλφίτων μελάνων ἄδδιχα.

quae Aelii Dionysii verba sunt apud Photium servata v. Ἄδδιξ: μέτρον τετραχοίνικον. οὕτως Ἀριςοφάνης. Omissa est Comici χρῆσις, in qua miramur μέλανα ἄλφιτα, quae λευκά esse solent.

Adiiciam his etiam plures Suidae locos ex Aelio Dionysio per Photium derivatos, ut permultis et luculentis documentis observationem utilissimam et quantivis pretii ita confirmem, ut nullus apud quemquam scrupulus residere possit, sed omnes posthac quum Photii et Suidae auctoritate utemur certo sciamus quam locuplete et antiquo teste utamur. Legitur apud Suidam v. Ἀβδέλυκτα: τὰ μὴ μιαίνοντα, ἃ οὐκ ἄν τις βδελυχθείη καὶ δυσχεράνειε. τραγικωτέρα δὲ ἡ λέξις. Αἰσχύλος Μυρμιδόσι·

καὶ μὴν, φιλῶ γάρ, ἀβδέλυκτ' ἐμοὶ τάδε.

Eadem ex Aelio Dionysio descripsit Collector τῶν χρησίμων λέξεων in Bekker. Anecd. p. 321, 19: Ἀβδέλυκτα: ἀμύσακτα, ἀμίαντα, τὰ μὴ μιαίνοντα, ἃ οὐκ ἄν τις βδελυχθείη καὶ δυσχεράνειε. τραγικωτέρα δὲ ἡ λέξις. Αἰσχύλος·

καὶ μὴν φιλῶ γε κἀβδέλυκτ' ἐμοὶ τάδε.

quae verior scriptura est. Sciendum est autem grammaticum nescio quem, cui debetur haec Συναγωγὴ λέξεων χρησίμων ἐκ διαφόρων σοφῶν τε καὶ ῥητόρων πολλῶν, ut ipse suam syllogen inscripsit, et Aelii Dionysii et Pausaniae libros nactum quidquid in illis esset scriptum in suam συναγωγήν transtulisse, quemadmodum ex multis, quae iam attulimus, iam satis apparet et infra dedita opera demonstraturi sumus. Itaque quae apud illum et Suidam leguntur eadem ex eodem fonte fluxerunt, sed Suidas sua e Photio nunc deperdito sumsit, Collector τῶν χρησίμων λέξεων ex ipsis Aelii Dionysii Ὀνόμασιν Ἀττικοῖς et Pausaniae λεξικῷ depromsit. *Itaque quidquid apud Suidam legitur, quod et in illa συναγωγῇ legatur, manavit e Photio.* Si totam syllogen τῶν χρησίμων λέξεων haberemus, cuius nunc τὸ Α ςοιχεῖον solum in Sangermanensi Codice exstat, olim omnes id vidissent: nunc quia in Photii Codice unico τὸ Α ςοιχεῖον praeter pauculas λέξεις totum

intercidit, propterea res manifesta tamdiu potuit latere. Praeterea factum est (quemadmodum supra ostendimus) ut poëtarum χρήσεις hic illic omitterentur, quas quoniam constat ab Aelio Dionysio nonnullis λέξεσιν in altera demum operis editione appositas fuisse, non est admodum veri dissimilis suspicio Collectorem τῶν χρησίμων λέξεων priore tantum τῶν Ἀττικῶν Ὀνομάτων editione usum caruisse illis additamentis et supplementis, quibus Aelius Dionysius secundam sui operis editionem locupletaverit. Photius duas editiones habuit supplementaque suo quodque loco inseruit. Non miramur igitur in v. Ἄβρα apud Bekkerum nil nisi vocabuli interpretationem legi, apud Suidam tres eximios Menandri locos addi. Eadem ratio est in v. Ἀβέλτερος, ubi apud Bekkerum p. 321, 25 paucis ea λέξις explicatur, apud Suidam contra copiosius multo exponitur et duo luculenta testimonia Menandri et Anaxandridae opponuntur, quae suspicamur ab Aelio Dionysio in prioris editionis supplementis esse addita. Quod apud Suidam est v. Ἀγαπησμός: ἀγαπησμὸν λέγουσι καὶ ἀγάπησιν τὴν φιλοφροσύνην. Συναριστῶσαις Μένανδρος·

καὶ τὸν ἐπὶ κακῷ
γενόμενον ἀλλήλων ἀγαπησμὸς οἷος ἦν.

ex Aelio Dionysio descriptum esse et forma λέξεως satis arguit et plane confirmat locus in Bekkeri Anecd. p. 324, 27 ubi eadem ex eodem descripta recurrunt. Pererudita λέξις Aelii Dionysii e Photio descripta apud Suidam est v. Ἀγῆλαι, quam ex ipso Dionysio servavit grammaticus Bekkeri p. 328, 9, qui Phrynichi annotationem cum ea coniunxit, qua praemissa et laudato auctore (φησὶν ὁ Φρύνιχος) ita pergit: Εὔπολις δὲ τὸ ἀγῆλαι ἐχρήσατο ἐν Δήμοις·

ἀναθῶμεν νῦν χἠμεῖς τούτοις ταςδὶ τὰς εἰρεσιώνας
καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες: χαίρετε πάντες: δεχόμεσθα.

Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ·

καί σε θυσίαισιν ἱεραῖσι προσόδοις τε μεγά-
λαισι διὰ παντὸς, ὦ πότνι', ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεί.

Ἕρμιππος Ἀρτοπώλισι·

φέρε νυν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἰοῦσ' ἔσω
καὶ θυμιάσω τοῦ τέκνου σεσωσμένου.

Θεόπομπος Πηνελόπῃ·

καί σε τῇ νουμηνίᾳ
ἀγαλματίοις ἀγαλοῦμεν ἀεὶ καὶ δάφνῃ.

Debemus exquisita haec omnia doctissimo Ἀττικιστῇ, qui Hadriano aequalis affluens libris Atticorum et imprimis Comicorum plurimorum fabulis Halicarnassi ea per otium conquisivit et composuit, non ex antiquorum grammaticorum libris et commentariis paratas opes surripiens sed ex assidua Atticorum lectione diligenter ea quae ad suum propositum facerent colligens in unum. Indidem fluxit quod habet Suidas v. Ἀγκράτος ἐλαύνοντα. Ξενοφῶν, ἀντὶ τοῦ πάνυ ἐλαύνοντα. Compone cum his Bekkeri grammaticum p. 329, 15: Ἀκρατῶς ἐλαύνοντα: Ξενοφῶν, ἀντὶ τοῦ πάνυ ἐλαύνοντα, et p. 337, 27: Ἀγκράτος ἐλαύνω εἶπε Ξενοφῶν κατὰ συγκοπὴν ἀντὶ τοῦ ἀνὰ κράτος. σὺ δ' ἄμεινον ποιήσεις μὴ χρώμενος τῇ λέξει. Haec est Phrynichi annotatio, illa Aelii Dionysii, quam e Suida corrige. Ergo (quod obiter animadverte) nunc intelligimus quem auctorem habeant Xenophonteae λέξεις egregiae apud Photium et Suidam et in Bekkeri Anecdotis sparsae. Excerpsit has omnes e Xenophontis scriptis ineunte saeculo secundo τῶν ἀττικιστῶν eruditissimus. Cuius rei luculentissimum documentum exstat apud Suidam loco vicino v. Ἀγλευκὲς τὸ ἀηδὲς Ξενοφῶν εἴρηκεν ἐν τῷ Οἰκονομικῷ. Δοκεῖ δὲ ξενικὸν τὸ ὄνομα Σικελικόν. πολὺ γοῦν ἐστι πάλιν (dele πάλιν) παρὰ τῷ Ῥίνθωνι. καὶ ἀγλευκέστερον ἀντὶ τοῦ ἀηδέστερον Ξενοφῶν Ἱέρωνι. Miratur Bernhardy unde Suidae haec sit tam exquisita doctrina: „*Caeterum* (inquit) *hoc specimen exquisitae doctrinae eo mirabilius accidit, quod Rhinthonem Suidas semel appellavit.*" Quasi vero Suidas in effoeta et decrepita Graecia Rhinthonis aliquid legere potuerit umquam, et non olim Tarentini poëtae carmina omnia funditus interiissent. Sed Aelii Dionysii haec exquisita annotatio est, qui Rhinthonis fabulas manibus versavit et (ut apparet ex verbis πολὺ (τὸ ἀγλευκές) ἐστι παρὰ τῷ Ῥίνθωνι) sedulo lectitavit, quarum nonnullas ne Pollux quidem nancisci potuit, quem vide X. 35. In Bekkeri Anecd. p. 829, 20 haec tantum leguntur: Ἀγλευκές: ἀηδές. Ἀγλευκέστερον: ἀηδέστερον. Ξενοφῶν Ἱέρωνι. quae apud Suidam plura leguntur, ea sunt secundae editionis eximia supplementa, quae

Photius habuit, Bekkeri grammaticus non habuit. De utroque Xenophontis loco, ubi olim ἀγλευκές et ἀγλευκέστερον legebatur, nunc autem ἀτερπές et ἀγλυκέστερον in libris legitur, diximus in *Nov. Lectt.* p. 548. Lubentius etiam recipiemus nunc ἀγλευκές, ubi de illius scripturae teste et auctore antiquo constat. Ex hoc imprimis loco apparet quam sit ineptum illa Suidae veluti auctori tribuere, quae *plus quam mille annis ante Suidam natum scripta sunt*, et eruditissimi et antiquissimi ἀττικιστοῦ aureas animadversiones profectas esse opinari ab homuncione tam stulto stolidoque qualis Suidas est. Conantur nonnulli, in his Bernhardy, Suidae stuporem et ridiculos errores obumbrare et tegere et omnibus modis excusare, sed lapidem lavant. Quod Socrati olim oraculum esse editum perhibent, in contrarium conversum in grammaticos, quibus utimur, quadrat. Μωρὸς ὁ Φώτιος, μωρότερος δ' ὁ Ἡσύχιος, ἀνδρῶν δ' ἁπάντων ὁ Σουΐδας μωρότατος. Suidas suos secum habeat errores: quidquid apud eum est boni sciamus e Photiana συναγωγῇ potissimum ab eo esse descriptum, potuitque dicere ut ille olim: ἡμεῖς δὲ τὰς χεῖρας ἐχρήσαμεν μόνον: quamobrem ubique misso Suida indagabimus auctores antiquos, quorum ille annotationes aut testimonia modo accurate et emendate, modo indiligenter et vitiose descripserit. Suidas ipse, ipse Photius, ipse Hesychius nihil est: alienam doctrinam a se aliunde descriptam ad nos propagarunt tantum, cui nihil aliud addiderunt de suo praeter foedos et pudendos errores, quos aut ipsi commiserunt aut a scribis veterum librorum commissos non animadverterunt formasque absurdas κατὰ στοιχεῖον collocatas quodammodo stabilierunt, ut supra vidimus in Ἤ ε μ ε ν pro ἤσμεν, λ έ μ φ α ς pro λέλαφας aliisque, et infra de industria ostendemus. Unum nunc proferam, quia est ante oculos. Legitur apud Suidam inter Ἀγνίζω et Ἀγνόημα proverbium duobus senariis his conceptum:

Ἀ γ ν ο ε ῖ δ' ἀράχνη παῖδας ὡς παιδεύεται.
θρέψασα γὰρ τέθνηκε πρὸς τῶν φιλτάτων,

ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν τι πραγματευομένων. hi versiculi neque boni neque antiqui poëtae sunt, sed tamen olim intelligi certe potuerunt: nunc corrupto primo vocabulo absurdi sunt.

Pro Ἀγνοεῖ (quod simul metrum ingulat et sententiam) ἄθρει reponendum est: „*vide* ut liberos aranea educet."

Iuvat et alterum pervetus mendum corrigere et simul ostendere ex uno teste subornato magnam corruptorum testium multitudinem prodire. Legitur apud Suidam: Ἀλωπόχρους: ὁ πολιός. Nihili hoc vocabulum est, haud secus atque λέμφας pro πέπωκας. Mortua haec sunt et sepulta donec quis emendaverit. Kusterus expertus est ingenium, sed frustra fuit. Hodie emendari nolunt Ἀλωπόχρους, *quod multos habet testes ac vindices*. Legitur enim in Bekkeri Anecd. p. 381, 11: Ἀλωπόχρους: ὁ πολιός. Legitur apud Eustathium ad Odyss. Ω 499 (pag. 1968, 40): ἰστέον ὅτι παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὁ πολιὸς εὕρηται ἀλωπόχρους καλούμενος, deinde multa nugatur, veluti ὑποθετέον ἀλώπεκας εἶναι ὁλολεύκους, quas nemo vidit ac nemo videbit, et quomodo quaeso ex ἀλώπηξ umquam ἀλωπόχρους formari potuit? Legitur Ἀλωπόχρους apud Zonaram quoque et olim apud Photium legebatur, unde Suidas sumsit. Hos igitur testes omnes quomodo destruemus? Facillime: omnes sequuntur Aelium Dionysium, in cuius libro olim scriba oscitans dedit ΑΛΩΠΟΧΡΟΥϹ, quum haberet ob oculos ΑΛΦΙΤΟΧΡΟΥϹ, namque hoc, ἀλφιτόχρους, pro πολιός vides quam apte et scite dicatur. Scin quis ita primus omnium dixerit? Nempe novatorum unus omnium elegantissimus Aristophanes in Bekk. Anecd. p. 386, 6: Ἀλφιτόχρωτος κεφαλῆς: τῆς πολιᾶς. Ἀριστοφάνης Τελμισσεῦσιν.

Sed redeo ad Aelium Dionysium, cuius annotationem video pellucentem apud Suidam v. Ἀγοράσαι: Ὑπερείδης τὸ ὠνήσασθαι. ἀγοράσαι λέγουσι, τὸ δ' ἀγοράν βάρβαρον. παραδειγμάτων δὲ μεστὰ πάντα. εἰλήφθω δ' ὅμως Ἀριστοφάνους ἐξ Αἰολοσίκωνος·

ἀλλ' ἄνυσον, οὐ μέλλειν ἐχρῆν, ὡς ἀγοράσω
ἀπαξάπανθ', ὅσ' ἂν κελεύῃς, ὦ γύναι.

καὶ ἀγοράσματα αὐτὰ τὰ ἠγορασμένα. Est haec annotatio duplex, utraque e Photio sumta. Prior est Ἀγοράσαι: Ὑπερείδης τὸ ὠνήσασθαι, a Photio descripta ex Epitome Harpocrationis, de qua supra diximus. Alterius initium corruptum est sic emendandum: Ἀγοράσειν λέγουσι, τὸ δ' ἀγοράν βάρβαρον. παραδειγμάτων δὲ μεστὰ πάντα. Scribae

solent futuro aoristum substituere, ut saepissime ostendimus. Aelius Dionysius (quem facillime agnosces) docuit Atticos dicere ἀγοράσειν, et ἀγορᾶν esse barbarum. Saepius sic impingebant qui volebant ἀττικῶς loqui aut scribere. Sciebant Atticum esse ἐλᾶν, -κρεμᾶν, -κερᾶν, -πετᾶν, -σκεδᾶν, similiaque: itaque ἀγορᾶν quoque dicebant βαρβάρως; nam praeter βιβῶ (διαβιβῶ, ἐμβιβῶ, ἀναβιβῶμαι apud Piersonum ad Moeridem pag. 125, qui addere poterat versiculum ex Aristophanis Avibus 1570:

ὦ δημοκρατία, ποῖ προβιβᾷς ἡμᾶς ποτέ;)

et κολῶμαι pro κολάσομαι, et ἐξετῶσι pro ἐξετάσουσι semel lectum apud Isocratem, nullum verbum in — άζω exiens futuri formam habuit eiusmodi. Sequiores et inepti Atticorum imitatores in talibus nonnumquam impingebant κατασκευᾶν dicentes pro κατασκευάσειν et καταδικᾶν pro καταδικάσειν et similia. Lepida historia de futuro barbaro δανειῶ pro δανείσω legitur apud Photium (id est apud Aelium Dionysium) v. Θεριῶ. Ne quis dubitare possit, audi grammaticum Bekkeri p. 331, 24: Ἀγοράσω: ἀγοράσω λέγουσι, τὸ δ' ἀγορῶ βάρβαρον. Ἀριϛοφάνης·

ἀλλ' ἄνυσον, οὐ μέλλειν ἐχρῆν, ὡς ἀγοράσω
ἁπαξάπανθ', ὅσ' ἂν κελεύῃς, ὦ γύναι.

καὶ ἀγοράσματα αὐτὰ τὰ ἠγορασμένα. Resecuit pauca verba quibus aegre carebimus, nempe qui ita dicit: *exemplorum plena sunt omnia*, ostendit se in legendis Atticorum libris diu et multum versatum esse et Comicorum magnum numerum se legisse. Eodem modo locutus est Aelius Dionysius in Bekk. Anecd. p. 350: Ἀθρεῖν: τὸ περισκοπεῖν καὶ μετὰ ἐπιτάσεως ὁρᾶν. παραδειγμάτων δὲ πάντα μεϛά. Pergens e Suida Aelii Dionysii λέξεις e Photio depromtas et paulo luculentiores colligere primum noto quae scripta sunt in v. Ἀδαξῆσαι: τὸ κνῆσαι. οὐκ ἐν τῷ ο ὀδαξῆσαι καὶ ἀδαχεῖν τὸ κνήθειν·

Ἀδαχεῖ γὰρ αὐτοῦ τὸν ἄχορ' ἐκλέγει τ' ἀεί.

Ἀριϛοφάνης. Eadem ex ipso Aelio Dionysio descripsit grammaticus Bekkeri p. 340, 28: Ἀδαξῆσαι: τὸ κνῆσαι. οὐκ ἐν τῷ ο ὀδαξῆσαι. καὶ ἀδαχεῖν τὸ κνήθειν.

Ἀδαχεῖ λὰρ αὐτοῦ τὸν ἄχορ' ἐκλέγει τ' ἀεί.

Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς Ὁλκάσιν. Plenior legitur Aristophanis locus ibid v. Ἀχώρ: τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ γενείῳ πίτυρα, nam sic scribendum pro ἀχῶρα. Eundem Aristophanis locum aliter interpretatur Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 6, 25.

Facillimum negotium est, ubi quis τὴν τῶν χρησίμων λέξεων συναγωγὴν cum Suidae collectaneis sedulo composuerit, ubique Aelii Dionysii τὰ Ἀττικὰ ὀνόματα agnoscere, quae ex ipso Dionysii libro Photius, e Photio Suidas descripsit. Habent enim certam formam, quam statim agnoscas; habent perelegantem eruditionem, quam veluti εὐωδίαν τινὰ continuo odoreris. Piersonus ad Moeridem p. 17 iure admiratur eximias quasdam observationes de sermonis Attici ratione et usu passim per Suidae farraginem dispersas, qualis est Ἀλῶ ἀντὶ τοῦ ἀλέσω. Φιλύλλιος, et Ἀναβιβῶμαι ἀντὶ τοῦ ἀναβιβάσομαι. Ἀμειψίας, et Ἀναπετῶ (ἀντὶ τοῦ) ἀναπετάσω. Μένανδρος, et Ἀπεμυθήσω ἀντὶ τοῦ ἀπελογήσω. Στράττις, et Ἀνάλφιτον. Φιλύλλιος Αἰγεῖ. „*Huiusmodi glossae* (inquit) *ubique per totum opus* veluti totidem gemmulae *dispersae sunt.*" Has igitur *gemmulas* omnes Suidas Photio sublegit, Photius ad unam omnes ex Aelii Dionysii Ὀνόμασιν Ἀττικοῖς sumsit. Itaque eruditissimi operis partem opimam superstitem habemus, sed nesciebamus adhuc cui tandem veteri et docto ἀττικιστῇ has divitias deberemus. Aelius Dionysius quum ex scriptoribus Atticis τὰ Ἀττικὰ Ὀνόματα excerperet colligeretque, modo λέξιν tantum et nomen auctoris posuit, ut in Ἀλῶ ἀντὶ τοῦ ἀλέσω. Φιλύλλιος, similibusque permultis, modo ipsas Atticorum χρήσεις apposuit, ut in Ἀναπετῶ (ἀντὶ τοῦ) ἀναπετάσω. Μένανδρος ἄλλοις (Ἁλιεῦσιν Kusterus)·

ἀναπετῶ / τουτὶ προσελθὼν κοὐκ ἀνέξομ' οὐκέτι.

καὶ ἐν Συνερώσῃ καὶ ἑτέραις. Servavit haec solus Suidas in v. Ἀναπετῶ. Saepe copiosior est et multa testimonia poëtarum adscribit, veluti in v. Ἀνέῳγεν οὐχὶ ἤνοιγε καὶ ἀνεῴγετο λέγουσι. καὶ Θρασυλέοντι. γ ἡ δ·

ἡ δ' ἀνέῳγε τὴν θύραν.

Θεττάλῃ·

καὶ τὸ κεράμιον
ἀνέῳχας· ὄζεις, ἱερόσυλ', οἴνου πολύ.

Εὔπολις Πόλεσιν·

ὃν οὐκ ἀνέῳξα πώποτ' ἀνθρώποις ἐγώ.

Φερεκράτης Κραπατάλλοις·

οὐδεὶς γὰρ ἐδέχετ' οὐδ' ἀνέῳγέ μοι θύραν.

quae servata sunt apud Suidam v. Ἀνεῴγεισαν et in Bekkeri Anecd. p. 399, 24. Eadem est ubertas in v. Αἶρε πρόσφερε. αἴρειν γὰρ καὶ τὸ προσφέρειν δηλοῖ, οἷον·

αἶρ' αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιςα κανθάρῳ.

Ἀριςοφάνης Εἰρήνῃ. καὶ μετὰ τῆς προθέσεως Φερεκράτης Πετάλῃ·

πρόσαιρε τὸ κανοῦν, εἰ δὲ βούλει, πρόσφερε.

ἐτίθεσαν δὲ τὴν λέξιν καὶ ὡς ἡμεῖς ἐπὶ τοῦ παρακειμένην ἀφελεῖν τὴν τράπεζαν.

Μένανδρος Κεκρυφάλῳ·

εἶτ' εὐθὺς οὕτω τὰς τραπέζας αἴρετε.
μύρα, ςεφάνους ἑτοίμασον, σπονδὰς * *
ποίησον.

καὶ Συναριςώσαις·

ἂν ἔτι πιεῖν μοι δῷ τις. ἀλλ' ἡ βάρβαρος
ἅμα τῇ τραπέζῃ καὶ τὸν οἶνον ᾤχετο
ἄρασ' ἀφ' ἡμῶν.

apud Suidam in v. et in Bekk. Anecd. p. 358, 4. Et v. Ἀπὸ ςόματος, ὡς ἡμεῖς, τὸ μὴ διὰ γραμμάτων ἀλλ' ἀπὸ μνήμης. Φιλήμων Νεμομένοις·

ἀπὸ ςόματος ἅπαντ', ἐὰν βούλησθ', ἐρῶ.

Κρατῖνος δὲ ταὐτὸ τοῦτ' ἀπὸ γλώττης Νόμοις·

ἀλλὰ μὰ Δί' οὐκ οἶδ' ἔγωγε γράμματ' οὐδ' ἐπίςαμαι
ἀλλ' ἀπὸ γλώττης φράσω σοι, μνημονεύω γὰρ καλῶς.

apud Suidam in v. et in Bekk. Anecd. p. 436, 6, ubi continuo sequuntur haec: Ἀπόςα, οὐ μόνον ἀπόςηθι λέγουσιν. καὶ παράςα. Μένανδρος Παιδίῳ·

ἐνταῦθ' ἀπόςα μικρόν.

Δὶς ἐξαπατῶντι·

ἐμοὶ παράςα, τὴν θύραν κόψας ἐγὼ
καλῶ τιν' αὐτῶν.

quae Suidas quoque servavit. Unam tantum λέξιν addo in v. Ἀπαρτὶ παρ' Ἡροδότῳ σημαίνει τὸ ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς· „ἀπὸ τούτου εἰσὶ ςάδιοι χίλιοι ἀπαρτὶ

εἰς τὸν Ἀραβικὸν κόλπον." *παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου.* Φερεκράτης Κραπατάλλοις·

τί δαί; τί σαυτὸν ἀποτίνειν τῷδ' ἀξιοῖς; φράσον μοι.
ἀπαρτὶ δήπου προσλαβεῖν παρὰ τοῦδ' ἔγωγε μᾶλλον.

Κοριαννοῖ·

ἀπαρτὶ μὲν οὖν ἐμοὶ μὲν εἰκός ἐς' ἐρᾶν,
σοὶ δ' οὐκέθ' ὥρα.

Πλάτων Κλεοφῶντι·

ἀλλ' αὔτ' ἀπαρτὶ τἀλλότρι' οἰχήσει φέρων.

τάχα δὲ ὁ Τηλεκλείδης *ὁμοίως τῷ* Ἡροδότῳ *κέχρηται·*

σὺ δὲ φρόνιμος αὐτὸς ὢν
ἀπαρτὶ ταύτης τῆς τέχνης.

μήποτ' οὖν τὸ μὲν πλῆρες καὶ ἀπηρτισμένον ὅταν σημαίνῃ ὀξυτονεῖται, τὸ δὲ ἐναντίον βαρύνεται, quae leguntur apud Suidam in v. et in Bekk. Anecd. p. 418, 15.

Eadem varia et elegans doctrina conspicitur in aliis *λέξεσι* plurimis, quae ex Aelio Dionysio excerptae nunc apud Suidam prostant ex Photio sumtae et in Bekkeri Anecdotis apud Collectorem *τῶν χρησίμων λέξεων*. Harum pleraeque quae apud Bekkeri Grammaticum supersunt eaedem apud Suidam sunt servatae: sunt tamen quaedam quae apud alterutrum desiderantur, et aut apud solum Suidam reperiuntur aut in sola Bekkeri *Συναγωγῇ*. Quae utrobique eadem leguntur ea facile apparet ex communi fonte fluxisse. Collector *τῆς Συναγωγῆς* complures *λέξεις* e Pausaniae Lexico sumtas solus habet, quarum nullum est apud Suidam vestigium. Suidas contra *ἐν τῷ* A *ςοιχείῳ* habet quaedam propria, quae ex Aelio Dionysio depromta esse patet. Ubi ambo eadem afferunt idem utrobique mendum scripturae solet comparere, etiam in tenuioribus, adeo ut ex uno eodemque codice hausisse utrumque credas. En exemplum: apud Suidam v. *Ἄνηςις* legitur: *Ἄνηςις ἢ νῆςις παρὰ* Κρατίνῳ *ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ·*

Ἰοὺ γὰρ σύ γε πρῶτος ἄκλητος
φοιτᾷς ἐπὶ δεῖπνον ἄνηςις.

Eadem cum eodem mendo leguntur in Bekkeri Anecd. p. 402, 32. Cratinus dederat: *Οὐ γὰρ σύγε πρῶτος ἄκλητος*, non *Ἰού*, et molestum I adhaesit ex vetere scriptura

ΔΙΟΝΥCΑΛΕΞΑΝΔΡΩΙΟΥΓΑΡ. Similia et aliis locis reperiuntur. Sunt autem alii quidam loci, ubi integriores lectiones Suidas exhibet, non quia Photii exemplar integrius describebat, sed quia Codex Seguerianus hic illic scribarum oscitantia nonnullis male praeteritis male habitus vitiatusque est. In Bekkeri Anecd. p. 395, 24 legitur: Ἀνεκάς, ψιλῶς τὸ ἄνω λέγουσι καὶ ἀνέκαθεν τὸ ἄνωθεν. Εὔπολις Αὐτολύκῳ·

ἔκας' ἐπαίρω.

Plenior est Suidas v. Ἀνεκάς — Αὐτολύκῳ·

ἀνεκάς τ' ἐπαίρω καὶ βδελυρὸς σὺ τὸ σκέλος.

Κράτης Ἥρωσιν·

τὸν αὐχέν' ἐκ γῆς ἀνεκὰς εἰς αὐτοὺς βλέπων.

Eadem est Aelii Dionysii λέξις mutilata apud Bekkerum, integrior sed mendosa tamen in Suidae Codicibus conservata. In Bekkeri Anecd. p. 405, 28 editur: Ἀνορωρυγμένον οὐχὶ ἀνωρυγμένον λέγουσι. Μένανδρος·

τὴν ἀνορωρυγμένην ταύτην ἰδών.

Recte Suidas: Μένανδρος Ὑδρίᾳ·

εὐθὺς καταχρήσεσθαι τὸν ἀνορωρυγμένον
ταύτην ἰδόντα.

ubi formam Atticam metrum arguit. Ex Aelio Dionysio expromsit Grammaticus Bekkeri p. 407, 18: Ἀντάλλαγον: ἀντάλλαγον καλοῦσι τὸν ἀντὶ ἑτέρου ἠλλαγμένον, οὐχὶ ἄνταλλον. Μένανδρος Κανηφόρῳ·

ἐδεῖτο χρῆσαι τὴν σεαυτῆς θυγατέρα
ἀντάλλαγον.

Eadem ad verbum apud Suidam scripta sunt, sed haec amplius prostant:

Χήρᾳ·

ἑκοῦσα ἡ ἀδελφὴ ποιήσει τοῦτό σοι
ἀντάλλαγον τέξεις ὁ τούτῳ διδομένην.

καὶ ἐν Ἁλιεῖ·

ἐκλελάκτικεν
ὁ χρυσὸς οὗτος μοιχός, ἀλλ' ἀντάλλαγος,

quae fortasse secundae editionis supplementa sunt, quibus Photium usum esse supra vidimus. Eximiam Aelii Dionysii λέξιν, quae apud Suidam desideratur, servant Bekkeri Anecdota

p. 445, 14: *Ἄρκτον: οὐχὶ ἄρκον. Ὀδυσσεὺς ἐν ἀριϛέρ' ἀεὶ τὴν ἄρκτον ἔχων λάμπουσαν ἕως ἀνευφερής. τὸν μέντοι ἄνεμον ἄνευ τοῦ τ, ὡς ἡμεῖς, ἀπαρκίαν διὰ τὸ εὔφημον. καὶ τὴν πνοὴν ἄρκιον·*

καὶ μὴν πελάζει καὶ καταψύχει πνοὴ
ἄρκιος.

Prior pars loci sic supplenda et emendanda est: *Ἄρκτον. οὐχὶ ἄρκον (λέγουσι. Κρατῖνος) Ὀδυσσεῦσιν·*

ἐπαρίϛερ' ἀεὶ τὴν ἄρκτον ἔχων λάμπουσαν ἕως ἂν ἐφεύρῃς.

Aelii Dionysii manum ipsa forma *τῆς λέξεως* demonstrat, qui ita solet: *Ἄρκτον οὐχὶ ἄρκον λέγουσιν (οἱ Ἀττικοί)*, et usitatum ei est *ὡς ἡμεῖς* ita ponere, ubi suae aetatis usum cum Attica consuetudine conspirare docet. Subiiciemus aliquot Aelii Dionysii *λέξεις* huiusmodi ex Suida, quas omnes ex Photiana *Συναγωγῇ* in suam farraginem transfudit. *Ἄλλο ἕτερον, ἐκ παραλλήλου λέγουσι. Μένανδρος Μέθῃ·*

εἶτ' οὐκ εἶχεν οὐ πῦρ, οὐ λίθον
οὐδ' ἄλλ' ὁτιοῦν ἕτερον;

Κράτης Παιδιαῖς·

τοῖς δὲ τραγῳδοῖς ἕτερος σεμνὸς πᾶσιν λόγος ἄλλος ὅδ' ἐϛιν.

Ἀνάδοχον οὐκ ἀναδοχέα λέγουσιν cum testimonio Menandri.
Ἀνακοινώσασθαι καὶ ἀνακοινῶσαι ἄμφω λέγουσιν.
Ἀναλίσκειν καὶ ἀναλοῦν ἑκατέρως.
Ἀνάριϛος μᾶλλον δὲ ἀναρίϛητος.
Ἀναψυχῆναι τὸ ἀναψῦξαι λέγουσιν.
Ἀπέρρωγεν, οὐκ ἀπέρρηκται κτέ.
Ἀποκρινεῖται λέγουσι μᾶλλον ἢ ἀποκριθήσεται.
Ἀποκτίννυσι λέγουσι μᾶλλον ἢ ἀποκτιννύει.
Ἀρύτεσθαι σὺν τῷ τ λέγουσιν, οὐκ ἀρύεσθαι.
Ἀσκαλαβώτης, ὁ γαλεώτης, οὐχί καλαβώτην λέγουσιν.

His omnibus apposita sunt exquisita poëtarum Comicorum testimonia, quae omnia uni Aelio Dionysio debentur, ad quem auctorem audacter refer caeteras *λέξεις* omnes eiusdem formae, quae passim in Suidae collectaneis reperiuntur. Ad eundem referendae sunt *λέξεις*, in quibus est illud *ὡς ἡμεῖς* sic positum, ut supra vidimus, veluti apud Suidam v. *Ἀνανεοῦσθαι, ὡς ἡμεῖς. Θουκυδίδης ε' καὶ Πλούτοις Κρατῖνος.*

Ἀργυρίδιον, ὡς ἡμεῖς. Εὔπολις Δήμοις·

ἐγὼ δὲ συμψήσασα τἀργυρίδιον.

Ἁρμογή, ὡς ἡμεῖς. Εὔπολις Αἰξίν·

ταύτην ἐγὼ 'ζήτουν πάλαι τὴν ἁρμογήν.

Simili modo λέξεις omnes huius formae, quae apud Grammaticum Bekkeri exstant confidenter statuemus ἐκ τῶν Αἰλίου Διονυσίου Ἀττικῶν Ὀνομάτων esse depromtas; quales hae sunt pag. 406, sq. Ἀνοκωχὴν διὰ τοῦ ο (id est, non ἀνακωχὴν) λέγουσι. πολὺ δέ ἐςι παρὰ Θουκυδίδῃ. et p. 410, 14: Ἀντίθετον τὸ σχῆμα τῆς λέξεως, ὡς ἡμεῖς. et p. 411, 28: Ἀνύτειν οἱ Ἀττικοί, ὅπερ ἡμεῖς ἀνύειν. Ἀνύτειν δὲ τὸ σπεύδειν. δασεῖα δὲ ἡ πρώτη. Ὅμηρος δὲ τὸ ἀνύειν, ὡς ἡμεῖς, et p. 423, 5: Ἀπεςαλμένην καί πεπεμμένην ἑκατέρως λέγουσιν. et p. 427, 3: Ἀποβροχθίσαι τὸ καταπιεῖν, ὡς ἡμεῖς. et p. 430, 28: Ἀπολλύειν καὶ ἀπολλύναι καὶ ἀποδεικνύειν καὶ ἀποδεικνύναι διττῶς λέγουσιν. et p. 432, 28: Ἀπονυχίσαι μᾶλλον λέγουσιν ἢ ὀνυχίσαι. et p. 433, 16: Ἀπόπατον καὶ κοπρῶνα λέγουσιν. ὁ δ' ἀφεδρὼν καὶ λυτρὼν βάρβαρα, quibus simillima sunt, quae supra vidimus: Ἀγοράσειν λέγουσι, τὸ δ' ἀγορᾶν βάρβαρον, et quae leguntur p. 412, 30: Ἀξιόχρεων ἐν τῷ ω λέγουσι. — τὸ δὲ ἀξιόχρεον βάρβαρον. His igitur similes λέξεις omnes Aelium Dionysium auctorem habent, nulloque negotio ab unoquoque nunc agnosci possunt. Unam tantum adiiciam ut locum pessime corruptum restituam. Legitur p. 427, 26: Ἀπόδυσαι:

μᾶλλον δ' ἀπόδυθι ταχέως ... Παμφίλη
ἡμέτερος ὁ πλοῦς.

sed Aelius Dionysius sic de more scripserat: Ἀπόδυσαι μᾶλλον δ' ἀπόδυθι. Μένανδρος **·

ἀπόδυθι ταχέως, Πάμφιλ', ἡμέτερος ὁ πλοῦς.

Repetitum in vicinia ἀπόδυθι librario fraudi fuit. In ipsa Photiana Συναγωγῇ permultae huiuscemodi apparent Aelii Dionysii observationes, qualis est Παιδάριον οὐ μόνον τὸ ἄρρεν ἀλλὰ καὶ τὸ θῆλυ λέγουσιν, et Παιδιὰν καὶ παίγνιον ἑκατέρως λέγουσιν, et Πάλαι καὶ τρίπαλαι καὶ δεκάπαλαι λέγουσιν, et Παλαιότερον καὶ ἄνευ τοῦ ο λέγουσιν, et Παλάσια: τὰ συγκεκομμένα σῦκα παλάθην λέγουσι καὶ παλαθίδα, et v. Παλεύετε: — τὰς περιςερὰς τὰς θηρευού-

σας παλευτρίας καλοῦσιν, et v. Πάνυ σφόδρα: ἀνάπαλιν δ' οὐ λέγουσι σφόδρα πάνυ, et Παῦ τὸ παῦσαι λέγουσι μονοσυλλάβως, et Πεζῇ τὸ τοῖς ποσὶν ἐλθεῖν λέγουσιν, et Πενιχρὰν λέγουσι τὴν γυναῖκα καὶ πένησσαν, et (ut aliquando finem faciam) Πεντέπηχυ καὶ πεντέκλινον καὶ πεντέχαλκον καὶ πεντέμηνον καὶ πάντα τὰ ὅμοια οὕτω λέγουσι διὰ τοῦ ε, et post pauca Πεντελιθίζειν διὰ τοῦ ε λέγουσιν. Haec omnia et similia his aequabiliter per totam Photii συναγωγὴν diffusa sine ulla controversia Aelium Dionysium habent auctorem, qui ἐν τοῖς Ἀττικοῖς Ὀνόμασι sic simpliciter λέγουσιν aut καλοῦσι poterat ponere. Quemadmodum igitur in his facile est antiquum λέξεων auctorem certis indiciis investigare, sic in multis aliis non est arduum negotium aut in Photiana sylloge aut in Suidae farragine eas λέξεις indagare quas olim Aelius Dionysius Halicarnassi conscripsit. Satis est diligenter λέξεις omnes considerare et inter sese comparare et singularum rationem ac formam observare et cuiusque τὴν ἀξίαν aestimare, ut definire et constituere possis quae supersint τῶν Ἀττικῶν Ὀνομάτων reliquiae primum in Codice Galeano, deinde, ubi nos unicus Codex destituit, in omnigena supellectile, quam Suidas et aliunde et ex Photii Συναγωγῇ potissimum consarcinavit. De reliquiis τῶν Ἀττικῶν Ὀνομάτων apud Photium nihil dicam, sed paucis dicam de iis, quae apud Suidam plurimae, et sat multae apud Bekkeri Grammaticum et in Eustathii Παρεκβολαῖς aetatem tulerunt. In Suidae locis et in Anecdotis Bekkeri Aelii Dionysii nomen nusquam apparet, et eruditissimi viri auctoritas ex probabilibus tantum argumentis eliciënda est; apud Eustathium contra diserta Aelii Dionysii testimonia proferuntur, sed res est tam perspicua et evidens, ut nulla parte incertior sit illarum λέξεων quam harum auctoritas ac fides. Tam perspicue ubique Dionysii oratio perlucet manusque agnoscitur. Et primum quidem ubicumque apud Suidam poëtarum Comicorum testimonia et χρήσεις afferuntur, quas non aut ex Scholiis in Aristophanem descripsit aut ex aliis libris, quibus eum usum fuisse liquido constat, satis certum est illas gemmulas e Photiana Συναγωγῇ expromtas esse et per Photium ἐκ τῶν Αἰλίου Διονυσίου Ἀττι-

κῶν Ὀνομάτων manavisse. Ubi Photiana in Codice Galeano supersunt ea res ubique manifesta est oculisque cernitur manibusque tenetur. Ubi Galeanus liber deficit et eadem est ubique λέξεων praestantia, forma, ratio, quis tandem dubitare possit quin apud Suidam supersint ea quae apud Photium interciderunt? Quae res et ex se ipsa satis certa est et egregie confirmatur ex altera χρησίμων λέξεων Συναγωγῇ apud Bekkerum, quae quum et ipsa bonam partem constet locis ἐκ τῶν Ἀττικῶν Ὀνομάτων Aelii Dionysii desumtis ἐκ τῷ A ϛοιχείῳ, non tantum in omnibus locis nobilioribus et λέξεσιν exquisitioribus sed etiam in reliquis, quae tenuiora aut exilia sunt, ad amussim cum Suida convenit. Sic nulla est dubitatio quin ea quae apud Suidam leguntur in v. Ἀγορᾶς ὥραν cum Pherecratis Eupolideo:

Πίνειν ἀεὶ καὶ μεθύειν πρὶν ἀγορὰν πεπλησθέναι,

repetita in Bekk. Anecd. p. 300, 10, Aelio Dionysio debeantur, similiterque ea quae scripta sunt in v. Ἀκαλήφη, Ἀλύσιον, Ἀλφάνει, Ἁμάρτοιν, Ἀμπαλίνορρος, Ἀμφορεαφόρους, Ἀναθεῖναι, Ἀναλυθῆναι, Ἀνάλφιτον, Ἀναρύτειν, Ἀνέσπακεν, Ἀνήρρησεν, Ἀνθέων, Ἀνυδρεύσασθαι, Ἀπαμφιάσαντες, Ἀπασκαρίζειν, Ἀπέδραν, Ἁπλήγιος, Ἁπληγίς, Ἀποκναίειν, Ἀπολιβάξεις, Ἀποπάτημα, Ἀποχρώντως, Ἀπώμοτον, Ἀρᾶται, Ἀράχνης, Ἀρτικροτεῖσθαι, Ἀρτίως, Αὔλειος, aliaeque λέξεις permultae (praeter eas de quibus supra diximus), eximiis poëtarum Comicorum testimoniis exornatae, sine ulla controversia haustae sunt ex eruditissimo et elegantissimo Ἀττικιϛῇ, cuius Ἀττικὰ Ὀνόματα Photius nactus in suam syllogen transtulit. Conspiciuntur eiusdem praestantiae λέξεις indidem sumtae in caeteris ϛοιχείοις apud Suidam, veluti ἐν τῷ B v. Βαϛάσας ἀντὶ τοῦ δοκιμάσας. Εὔπολις·

Ἄγε δή, πότερα βούλεσθε τὴν νῦν διάθεσιν
ᾠδῆς ἀκούειν ἢ τὸν ἀρχαῖον τρόπον;
B. Ἀμφότερ' ἐρεῖς. ἐγὼ δ' ἀκούσας τὸν τρόπον
ὃν ἂν δοκῇ μοι βαϛάσας αἱρήσομαι.

et in v. Βῆ τὸ μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς, οὐχὶ βαῖ, λέγουσιν Ἀττικοί. Κρατῖνος Διονυσαλεξάνδρῳ·

ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει.

Undenam haec expromta esse putes aliunde quam ἐκ τῶν

Αἰλίου Διονυσίου? Ne ulla superesse possit dubitatio diserta quaedam testimonia subscribam. Audi Eustathium ad Odyss. M. 260 (pag. 1721, 28): Ἰςέον δὲ ὅτι μάλιςα τὸ β ῆ φωνῆς προβάτων ἐςὶ σημαντικόν. καὶ φέρεται παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ καὶ χρῆσις Κρατίνου τοιαύτη·

ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει.

Confectum negotium esse vides. Est operae pretium Eustathii alterum testimonium cum hoc componere. Legitur ad Iliad. I. 501 (pag. 768, 12): παραβλὼψ μὲν ἐκτείνει τὴν λήγουσαν ὡς σύνθετον ἐκ τοῦ ὠπός, βλὸψ μέντοι τὸ μονοσύλλαβον συνέςαλται, ὅπερ ἐςὶν ὁ τῆς κλεψύδρας ἦχος μιμητικῶς κατὰ τοὺς παλαιούς. ὥσπερ (φασὶ) καὶ κὺξ ἐπὶ τῆς ψήφου κατὰ μίμησιν καὶ αὐτό. οἱ δ' αὐτοί φασιν ὁμοίως μιμητικῶς καὶ βῆ οὐ μὴν βαῖ μίμησιν προβάτων φωνῆς. Κρατῖνος·

Ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει.

Luce clarius est ex eodem Aelii Dionysii loco ultima sumta esse et simul apparet caetera quoque quae de Βλόψ et Κύξ dicuntur indidem hausta esse. In Etymologico Magno ipsa Aelii Dionysii λέξις ad verbum descripta est in v. Βῆ, nisi quod λέγεται Ἀττικῶς dedit pro λέγουσιν Ἀττικοί. Aelius Dionysius ipse de more dederat: Β ῆ — οὐχὶ Β αῖ λέγουσιν. Notandum obiter est λέξεις Aelianas in Etymologico latere, et imprimis hoc notandum est Eustathium easdem omisso auctoris nomine sic laudare, ut κατὰ τοὺς παλαιούς satis habeat dicere. Idem aliis locis ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ vel ἐν ῥητορικοῖς λεξικοῖς ea inesse scribit quae aut apud Pausaniam legebantur aut in Aelii Dionysii Ἀττικοῖς Ὀνόμασιν. Quoniam illud Βῆ attigimus iuvat Aristophanis versiculum emendare, qui nunc mendosus circumfertur in Antiatticista Bekkeri p. 86, 3: Β ῆ: προβάτων βληχή. Ἀριςοφάνης·

Θύτην μέλλει καὶ κελεύει βῆ λέγειν.

ubi sic emendandum est:

Θ ύ ε ι ν μ ε μέλλει καὶ κελεύει βῆ λέγειν.

Nunc Hesychio parata medicina est, cuius λέξις et pessime corrupta et mutilata Β ή λ γ ε ι: βληχᾶται ἢ θύει, sic est restituenda in integrum: Β ῆ λ έ γ ε ι: βληχᾶται·

Θύειν (με μέλλει καὶ κελεύει βῆ λέγειν).

Quod est in Bekkeri Anecd. p. 371, 1: Ἄκασκα: ἥσυχα, βραδέα. Κρατῖνος Νόμοις·

ἡ πρεσβῦται πάνυ γηραλέοι σκήπτροισιν ἄκασκα προβῶντες,

cui debeatur indicium faciet Eustathius ad Iliad. H. 92 (pag. 668, 28): τὸ δὲ ἀκὴν εὕρηται λεγόμενον καὶ ἄκασκα. Αἴλιος δὲ Διονύσιος καὶ χρῆσιν παράγει Κρατίνου ταύτην·

σκήπτροισιν ἄκασκα προβῶντες.

Eustathius ad Iliad. B. 217 (pag. 206, 26) haec habet: τὰ κατὰ τὸν ϛραβὸν οἱ παλαιοὶ οὕτω φράζουσιν. οἱ μὲν ὅτι βλεπεδαίμων ὁ διεϛραμμένος τὰς ὄψεις καὶ οἷον ὑπὸ δαίμονος πεπληγώς. Παυσανίας δὲ προστίθησι καὶ ὅτι τοὺς Σωκρατικοὺς οὕτως ἔλεγον. Ἄλλοι δὲ ὅτι ἰλλὸς πλάγιος, διεϛραμμένος, ϛραβός, καὶ ἰλλώπτειν τὸ ϛραβίζειν. Τινὲς δὲ ὅτι ἔπιλλος ὁ παράϛραβος καὶ ὅτι ὁ ϛρεβλὸς, ὃν οἱ παλαιοὶ ϛραβὸν λέγουσι, καὶ ὅτι ἰλλώπτειν καὶ ἐνιλλώπτειν τὸ ὑγροῖς, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος, καὶ ἐπιμύουσι καὶ κατακεκλασμένοις ὄμμασιν ἐμβλέπειν. Παυσανίας δὲ ἐνίλλειν τὸ ὀφθαλμοῖς καταμωκᾶσθαι καὶ ἰλλώπτειν καὶ ἐπιλλοῦν τὸ μυκτηρίζειν, καὶ κατιλλώπτειν τὸ καταμυκτηρίζειν. Compone mihi cum his Suidae locum v. Βλεπεδαίμων: ὁ διεϛραμμένος τὰς ὄψεις καὶ οἷον ὑπὸ δαίμονος πεπληγώς, et Photii v. Ἰλλώπτειν: ἐμβλέπειν ἐπιμύουσι καὶ ἐγκεκλασμένοις ὀφθαλμοῖς; vides utrumque ex Aelio Dionysio esse descriptum. Quod apud Suidam est Βυσαύχην: ὁ τοὺς ὤμοος συνέλκων ἐπὶ τὸν τράχηλον, ad suum auctorem referes indicio usus Eustathii ad Iliad. B. 218 (pag. 207, 3): Διονύσιος γὰρ Αἴλιός φησιν ὅτι βυσαύχην ὁ τοὺς ὤμους συνέλκων ἐπὶ τὸν τράχηλον. Quod apud Suidam est Γεώλοφον: — καλοῦσι δ' οὕτως καὶ τὸν παχὺν καὶ ἀναίσθητον ἄνθρωπον, si scire vis unde sit expromtum, palam faciet Eustathius ad Iliad. N. 824 (pag. 962, 22): χρήσιμον καὶ τὸ τοῦ Αἰλίου Διονυσίου εἰπόντος ὅτι γεώλοφον οἱ παλαιοὶ καλοῦσι τὸν παχὺν καὶ ἀναίσθητον ἄνθρωπον. Facile esset multa alia de genere hoc conquirere, sed finem faciam in eruditissima annotatione, quam ex Aelio Dionysio et Pausania conflatam esse Eustathii diserto testimonio demonstrabo. Legitur apud Suidam v. Ἀθηναίας: ὁ Μεγακλείδης οὔ φησι καλεῖσθαι τὰς γυναῖκας Ἀθηναίας ἀλλ' Ἀττικὰς ἐν τοῖς περὶ Ὁμήρου, ἅμα καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδιδούς. Μόνους γάρ,

φησὶ, τοὺς ἐκεῖθεν ἄνδρας μὲν Ἀθηναίους ὀνομάζουσι, γυναῖκας δὲ Ἀττικάς, ἵνα μὴ τὴν ἄγαμον αἱ γαμούμεναι τῇ προσηγορίᾳ καταισχύνωσιν. Ἀλλὰ ἰδοὺ Φερεκράτης ἐν Γραυσί φησιν·

Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχοις.

καὶ Κάνθαρος Τηρεῖ·

γυναῖκ' Ἀθηναίαν καλήν τε κἀγαθήν.

καὶ Φιλήμων Πτέρυγι·

τὰς Ἱππονίκας τάσδε καὶ Λυσιςράτας
καὶ Ναυσινίκας, τὰς Ἀθηναίας λέγω.

Οἱ δὲ μὴ δεῖν φάσκοντες Ἀθηναίας λέγεσθαι τὰς Ἀττικὰς καὶ τὴν ὁμωνυμίαν αἰτιῶνται, ἣν ἐπιδέχονται πρὸς τὴν θεόν. Ἀθηναία γὰρ καὶ ἡ θεὸς καλεῖται. ἀλλ' ἀντὶ τοῦ Ἀθηναίας αὐτάς φασι λέγεσθαι Ἀττικάς. πλὴν πολλή γε ἡ χρῆσις τῆς φωνῆς ἐπὶ τῶν γυναικῶν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, ὡς οἵ τε προειρημένοι ποιηταὶ μαρτυροῦσι καὶ Δίφιλος ἐν Ἀμάςριδι. καὶ γὰρ καὶ τὴν Θεμιςοκλέους θυγατέρα Ἀθηναίαν ξένην φησί. καὶ Πίνδαρος ἐν Σκολιοῖς. Unde haec sit Suidae exquisita et perelegans doctrina et certa coniectura constitui poterat et luculento Eustathii testimonio constat, cuius duos locos subscribam. Ad Iliad. A. 298 (pag. 84, 11) haec dedit: παρασημειοῦνται οἱ παλαιοὶ μὴ λέγεσθαί ποτε Ἀθηναίαν γυναῖκα διὰ τὴν τοιαύτην Ὁμηρικὴν Ἀθηναίαν. — Παυσανίας δὲ καὶ Αἴλιος Διονύσιος ἐν τοῖς οἰκείοις λεξικοῖς φασὶν ὅτι Μεγακλείδης αἰτίαν φησὶ τοῦ μὴ λέγεσθαι Ἀθηναίας τὰς Ἀττικὰς γυναῖκας, ἵνα μὴ τὴν ἄγαμον αἱ γαμούμεναι τῇ προσηγορίᾳ καταισχύνωσιν. ὅτε δὲ ἤρξαντο αἱ ἀςαὶ (ἤτοι Ἀττικαὶ) γυναῖκες Ἀθηναῖαι λέγεσθαι τότε δὴ ἐπενοήθη καὶ τὸ τὴν θεὸν μηκέτι Ἀθηναίαν καλεῖσθαι, ἀλλ' Ἀθηνᾶν. Similia scribit ad Odyss. Γ. 51 (pag. 1456, 42): οὐ μόνος Ὅμηρος Ἀθηναίαν λέγει τὴν Ἀθηνᾶν ἀλλὰ καὶ τῶν μετ' αὐτὸν πεζολόγων πολλοὶ Ἀττικοί, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριςοκράτους· οἱ σύμμαχοι ἀριςεῖον τῇ Ἀθηναίᾳ ἀνέθεσαν, καὶ Πλάτων Εὐθυδήμῳ· ἕρκειος Ζεὺς καὶ φράτριος καὶ Ἀθηναίη φρατρία. Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ὡς ἐπειδὴ ἤρξαντο Ἀθηναῖαι γυναῖκες λέγεσθαι ἀντὶ ἀςῶν καὶ Ἀττικῶν, ὡς Φερεκράτης·

Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχοις.

τότε ἤρξατο ἐκείνη λέγεσθαι τρισυλλάβως Ἀθηνᾶ. Photius, a quo illa omnia Suidas sumsit, manifesto Aelii Dionysii et

Pausaniae testimonia conflavit in unum, neque id admodum commode, namque bis idem docetur sic ut alterum alteri nunc opponi videatur. Prior pars annotationis cum tribus Comicorum testimoniis ad Aelium Dionysium auctorem referenda esse videtur. Reliqua Pausaniae esse arbitror. Itaque verba *ὡς οἵ τε προειρημένοι ποιηταὶ μαρτυροῦσιν* a Photio interpolata sunt, quum utriusque λέξιν componeret in unum. Pausanias, quem in apponendis scriptorum testimoniis parciorem fuisse scimus, Diphili verba tantum Ἀθηναίαν ξένην de Themistoclis filia attulerat, et Pindari locum indicaverat. Copiosior in talibus Aelius Dionysius erat, ut Photium ipsum supra audivimus testantem. Quod addit Eustathius Deam mutato nomine Ἀθηνᾶν appellari coeptam esse ex quo mulieres Atticae Ἀθηναῖαι dictae sint, vanum et futile est, et neque Pausaniae neque Aelii Dionysii auctoritate nixum. Futile est, quod Megaclides commentus est, Ἀττικάς, non Ἀθηναίας, appellatas fuisse *ἵνα μὴ τὴν ἄγαμον αἱ γαμούμεναι τῇ προσηγορίᾳ καταισχύνοιεν*. Solebant sic luxurianti ingenio grammatici indulgere et sua opinionum commenta novis commentis stabilire et munire scilicet. Aelius Dionysius inani opinioni opposuit diserta Atticorum testimonia: *ἀλλὰ ἰδοὺ* (inquit) *Φερεκράτης ἐν Γραυσί φησιν·*

Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχοις.

quibus nihil opponere poterat is qui praefracte negasset Ἀθηναίας pro Ἀττικάς a quoquam veterum Atticorum dictum esse umquam. Si dixisset Megaclides mulieres *ut plurimum* Ἀττικάς (aut ἀστάς), non Ἀθηναίας, dici solitas fuisse, nihil fuisset quod reprehenderetur. Solent enim plerique ita dicere ut dixit Aristophanes in Lysistrata vs. 56:

ἀλλ', ὦ μέλ', ὄψει τοι σφόδρ' αὐτὰς Ἀττικάς,
ἅπαντα δρώσας τοῦ δέοντος ὕστερον.

sed nihil impediebat quo minus quis, si ita ei videretur, *γυναῖκα* Ἀθηναίαν vel Ἀθηναίαν ξένην diceret. Pherecrates quum diceret:

Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχοις,

perspicue iocatur ac ludit in nota formula, *τοῖς* Ἀθηναίοις substituens *τὰς* Ἀθηναίας. Si dixisset:

ταῖς Ἀττικαῖς αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχοις,

ioci quod est salsissimum periisset. Omnino quod de legum latoribus dixit Theophrastus: τὸ ἅπαξ καὶ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται, idem grammaticis facere non licet, quum loquendi antiquas leges et ius pristinum ex antiquorum scriptis colligunt. Multa enim sine ulla exceptione vera sunt, sed dantur alia quaedam, quae non ita certa et necessaria sint, ut ab iis si res ita tulerit discedere non liceat, et boni grammatici est utrumque genus in singulis perite discernere.

Quamquam igitur futilia commenta sunt sequiorum grammaticorum de usu formarum Ἀθηναία et Ἀθηνᾶ, magni tamen est pretii testimonium incerti ἀττικιστοῦ de usu formae Ἀθηναία apud Platonem et Demosthenem, quod nescio unde Eustathius descripsit. Demosthenis locus legitur et in Timocratea p. 756, 12 et in Androtionea p. 616, 4, ubi Dindorfius edidit: οἱ σύμμαχοι ἀριστεῖον τῇ Ἀθηνᾷ admonens in S scriptum esse ἀθηναῖαι sed expuncto ultimo αι. Verum est, ut in antiquiore inscriptione, τῇ Ἀθηναίᾳ. In Timocratea sine varietate editur: οἱ σύμμαχοι ἀριστεῖον τῇ Ἀθηνᾷ ἀνέθεσαν, sed antiquam scripturam τῇ Ἀθηναίᾳ grati ab Eustathio accipimus. In Platonis loco Euthydem. p. 302 D. Ζεὺς δ' ἡμῖν πατρῷος μὲν οὐ καλεῖται, ἕρκειος δὲ καὶ φράτριος καὶ Ἀθηνᾶ φράτριος, Editores Eustathii immemores non fuerunt, sed pervulgato scribendi errore decepti Ἀθηναίη receperunt, quum Ἀθηναία debuissent.

Satis ex his apparere arbitror id quod ab initio posuimus *opimam partem* τῶν τοῦ Αἰλίου Διονυσίου Ὀνομάτων Ἀττικῶν *philologorum manibus teri sed nescientium se tam locupletem testem et auctorem tenere*, et quae ille scripserit aut Photio aut ineptius etiam Suidae tribuentium. Quem usum ea res habeat in multis Litterarum partibus pro se quisque facere poterit experimentum, nam desinent aliquando, ut opinor, eruditi, ubi eximias Photii vel ex Photio Suidae λέξεις usurpabunt, Graeculis in Graecia aut languescente aut decrepita natis attribuere veterum Criticorum et Atticistarum, qualis Boëthus fuit et Aelius Dionysius et Pausanias, praeclaras et eruditissimas animadversiones et observationes, et (ut saepissime fieri solet) scripturas veteres ab illis commendatas aut illorum auctoritate munitas prae fide librorum longe longe-

que recentiorum et passim vitiatorum contemnere et abiicere. Quem usum criticum habeant Aelii Dionysii recens reperta (ut ita dicam) Ἀττικὰ Ὀνόματα, in animo est mihi posthac et in aliis scriptoribus Atticis demonstrare et imprimis in Platone et in Xenophonte et in Thucydide. Caeteris in aliud tempus sepositis excutere nunc iuvat λέξεις quasdam Thucydideas, quas ἐκ τῶν Ἀττικῶν Ὀνομάτων superstites habemus apud Photium, aut ex Photii parte deperdita apud Suidam, aut in λέξεων χρησίμων Συναγωγῇ, aut denique in Eustathii Παρεκβολαῖς. Non est alius scriptor Atticus, quem Aelius Dionysius diligentius et crebrius laudare et interpretari solet quam Thucydides. Qui volet dare operam ut Dionysii λέξεις omisso auctoris nomine adhuc delitescentes certis indiciis agnitas et deprehensas colligat et ordine disponat, statim comperiet praeter Comicos maximum esse numerum locorum Thucydidis ab Aelio Dionysio laudatorum. Ex eo numero paucos subiungam. Agnosco Aelii Dionysii stilum et manum apud Grammaticum Bekkeri p. 430, 22 in his: Ἀπολλώνιον βραχέως τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. οὕτω καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ ἀναγνωστέον. καὶ Ποσειδώνιον τὸ τοῦ Ποσειδῶνος, ὡς Ἀθήναιον τὸ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ Διονύσιον, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ὁμώνυμα τοῖς ἀνδρωνυμικοῖς. τὸ δὲ Ποσειδάνειον δῆλον ὅτι Δώριον. Eadem λέξις a Suida ex Photio descripta est v. Ἀθήναιον: ὅτι Ἀπολλώνιον βραχέως τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. οὕτω καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ ἀναγνωστέον, et reliqua, nisi quod post Διονύσιον addit καὶ Δημήτριον. Verissima haec est observatio et perantiquus erat in talibus scribendi error ut -ЄΙΟΝ pro -ΙΟΝ substitueretur. Redarguit istum errorem Phrynichus pag. 367 Lob. Διονύσειον (sic scribendum): ἀπαίδευτον οὕτω λέγειν, δέον βραχύνειν τὴν σι συλλαβήν, additque locum Aristophanis:

τίς ἂν φράσειε, ποῦ'στι τὸ Διονύσιον;
B. ὅπου τὰ μορμολυκεῖα προσκρεμάννυται.

Eadem analogia cernitur in Ἀφροδίσιον, et in notissimo Ἀρτεμίσιον, et aliis. Sed scribae errabant et Ἀπολλώνειον contra usum veterem dare solebant. Audi modo Eustathium ad Odyss. Z. 266 (p. 1562, 52) qui commemorata forma Ποσείδιον ita pergit: ὥσπερ (φασὶ) καὶ Ἀπολλώνιον βραχέως ἱερὸν

'Απόλλωνος, καὶ Ποσειδώνιον τὸ τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ 'Αθήναιον τὸ τῆς 'Αθηνᾶς, et post pauca: πολλὰ περιεκτικὰ διφοροῦνται —, ὧν καὶ τὸ ῥηθὲν 'Απολλώνιον διὰ τοῦ ι. κατά τινας δὲ διὰ διφθόγγου ὡς 'Ηράκλειον, καθ' ἑτέρους δὲ 'Απολλωνεῖον ὡς 'Ισεῖον. Priora, ut vides, sumta sunt ab eodem grammatico, cuius λέξιν integram Collector τῶν χρησίμων λέξεων et e Photio Suidas descripserunt, quem hoc ipso indicio Aelium Dionysium esse colligimus. Accedit quod locus habet eam formam qualis Aelianarum λέξεων esse solet, et est observatio huiusmodi, quales Dionysius plurimas composuit, qui et 'Ασκληπίειον Atticum esse docuit et 'Ολυμπίειον et sim. Praeterea duos spectabat locos Thucydidis: alterum IV. 129: σχόντες κατὰ τὸ Ποσειδώνιον, alterum II. 91: ἴσχουσαι ἀντίπρῳροι κατὰ τὸ 'Απολλώνιον, quo loco quum iam olim, ut nunc, duplex scriptura circumferretur, diserte admonet Atticista 'Απολλώνιον παρὰ Θουκυδίδῃ ἀναγνωςέον, hanc enim formam solam veteribus Atticis usitatam fuisse, ut quibus fuerint πάντα τὰ τοιαῦτα ὁμώνυμα τοῖς ἀνδρωνυμικοῖς. Verissima admonuit et omnes nunc ei assentiuntur. Non est ovum ovo similius quam haec λέξις similitudinem refert alterius λέξεως, quae apud ipsum Photium superest, unde Suidas descripsit, in v. Ἦισαν, de qua et alibi diximus et nuper ad Platonem (Mnemos. IX. p. 388), ubi sic emendandam esse ostendimus: Ἦια (ᾖα) δισυλλάβως τὸ ἐπορευόμην σὺν τῷ ἰῶτα γράφεται. οἱ γοῦν Ἴωνες ἤϊα λέγουσι. καὶ ᾖσαν τὸ ᾔεσαν. καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ οὕτως ἀναγνωςέον· ὅτι ἀκμάζοντές τε ᾖσαν ἐς αὐτόν. οἱ δὲ Ἴωνες ἤϊσαν. 'Αριςοφάνης 'Ολκάσιν·

ἐπεὶ δ' ἐγενόμην οἷπερ ᾖ' ἐπὶ ξύλα.

Tenemus nunc non uno indicio notissimae et (ut nunc res est) utilissimae huius annotationis auctorem. Descripsit haec olim Photius, ut reliquas omnes de genere hoc, ex Aelio Dionysio, qui quemadmodum illo loco rectissime admonuit 'Απολλώνιον (non 'Απολλώνειον) παρὰ Θουκυδίδῃ ἀναγνωςέον, sic hoc loco optime docuit παρὰ Θουκυδίδῃ ἀναγνωςέον HICAN (non ἦσαν). Ergo iam Hadriano imperante de ea scriptura fuit quaedam controversia et dubitatio. Iam tum τὸ παραγεγραμμένον ἰῶτα in libris solebat omitti, et sic

iam tum diversissima imperite confundebantur. Eant nunc et librorum nostrorum auctoritatem Aelio Dionysio opponant, qui non alia de causa hanc λέξιν in sua Ἀττικὰ Ὀνόματα recepit quam ut locum Thucydideum sic scriptum: ἀκμάζοντες ἦσαν ἐς αὐτὸν interpretaretur et Atticam formam ἦσαν pro vulgari suorum aequalium ἤεσαν notaret testimonioque firmaret. Habebimus ei magnam gratiam ubi sua auctoritate omnes, qui adhuc pertinaciter ἤσαν retinent, absterruerit et Codicibus non omnia credere docuerit. Ex eadem fabula Aristophanis, unde Aelius Dionysius sumserat versiculum:

ἐπεὶ δ' ἐγενόμην οἶπερ ἦ' ἐπὶ ξύλα,

idem sumsit alios versiculos in v. ζμινύη, quae λέξις apud Photium servata non est, sed exstat apud Eustathium ad Iliad. B. 267 (pag. 217, 27): ἐν ῥητορικοῖς λεξικοῖς τοῖς κατὰ ϛοιχεῖον κεῖται ἐν τῷ Ζ ϛοιχείῳ Ζμινύη, ὅτε τὸ σκαφεῖον ὅτε ἀξινάριον. οἱ δὲ δίκελλαν. καὶ Ζβέσαι τὸ παῦσαι, λῆξαι, κοιμίσαι. καὶ Ζβεννυμενάων αἰγῶν ληγουσῶν. καὶ Ζμῶσαι τὸ πατάξαι. Αἴλιος δὲ Διονύσιος φησὶν ὅτι Ζμικρὸν καὶ μικρὸν οἱ Ἀττικοί, μικρὸν δὲ Ἴωνες. οὕτω δὲ γράφουσι καὶ τὸ Ζμῆγμα καὶ τὴν Ζμινύην, ἣν καὶ αὐτὸς ἀξινάριον λέγει φέρων καὶ χρῆσιν Ἀριϛοφάνους ταύτην·

ἀλλ' ἱμάντα μοι
δὸς καὶ ζμινύην. ἐγὼ γὰρ εἶμ' ἐπὶ ξύλα.

Manifestum est eundem hominem qui antea dixerat: ἐγὼ γὰρ εἶμ' ἐπὶ ξύλα, in sequentibus dixisse:

ἐπεὶ δ' ἐγενόμην οἶπερ ἦ' ἐπὶ ξύλα.

et esse illud quoque fragmentum ἐκ τῶν Ἀριϛοφάνους Ὁλκάδων Pollucis indicio X. 173 docti collegerunt. Complura alia τῶν Ὁλκάδων fragmenta Aelio Dionysio soli debemus, quae res diligenter animadvertenda est, nam hoc quoque indicio in Aelianis λέξεσιν indagandis uti licebit. Sed revertor ad Thucydideas λέξεις, quae nobis omisso auctoris nomine ἐκ τῶν Ἀττικῶν Ὀνομάτων supersunt. In initio operis notaverat primum ὁ Ἀττικιϛής veterem formam ἦσαν in verbis ἀκμάζοντές τε ἦσαν ἐς αὐτόν (τὸν πόλεμον), deinde dictionis Thucydideae τὸ ἰδιότροπον animadvertit in his: τὰ ἔτι παλαιότερα σαφῶς μὲν εὑρεῖν διὰ χρόνου πλῆθος ἀδύνατα ἦν, namque Aelii Dionysii λέξις est, quam ex Photio descripsit Sui-

das, ex ipsis Ἀττικοῖς Ὀνόμασι Grammaticus Bekkeri pag. 342, 19: Ἀδύνατα εἶναι: ἀντὶ τοῦ ἀδύνατον. πολλάκις γὰρ κέχρηται Θουκυδίδης τοῖς πληθυντικοῖς ἀντὶ ἑνικῶν, μάλιϛα δὲ ἐπὶ ταύτης τῆς λέξεως. Diligentem haec Thucydidis lectorem et dictionis Thucydideae observatorem arguunt, similiterque et aliae eiusdem λέξεις et haec apud Photium v. Στάδια καὶ Σταδίους ἑκατέρως λέγουσιν. ὁ Θουκυδίδης δὲ ϛαδίους ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν. ἅπαξ δὲ μόνον ϛάδια εἴρηκεν ἐν ζ′· ἐν γὰρ τῷ πρόσθεν ἐπὶ πολλὰ ϛάδια μέλλων ἰέναι. In Thucydide legendo animadvertit *semel tantum* ϛάδια apud eum scriptum esse in libro VII: in caeteris omnibus locis constanter ϛαδίους appellari. Locus est in libro VII cap. 78: ἐν γὰρ τῷ πρόσθεν ἐπὶ πολλὰ ϛάδια ᾗ ἔμελλον ἰέναι οὐκ ἄφθονον ἦν (τὸ ὕδωρ), ubi paulo ante legitur: προελθόντες ϛαδίους ὡς τεσσαράκοντα, et mox: προῆλθον ὡς εἴκοσι ϛαδίους, et cap. 79 προελθόντες πέντε ἢ ἓξ ϛαδίους, et alibi passim. Esse autem hanc λέξιν Aelii Dionysii vel ipsa forma arguit: Στάδια καὶ ϛαδίους ἑκατέρως λέγουσιν, et quod talia collegisse Aelium Dionysium constat, ut demonstrat locus, quem supra p. 53 ex Eustathio descripsimus, ubi haec ipsa commemoravit: ἀρσενικὰ δὲ καὶ οὐδέτερα — τὰ ϛάδια καὶ οἱ ϛάδιοι. Praeterea quod ea λέξις apud ipsum Photium exstat indicio est ex Aelio Dionysio esse depromtam. Nempe Suidas, qui ipse Thucydidis exemplar scholiis perexigui momenti auctum versabat, nonnullas inde λέξεις et χρήσεις in suam farraginem recepit, quibus sine ullo damno vel incommodo carere possimus. Photius contra nil nisi probas et antiquas λέξεις in suam Συναγωγὴν admisit. Itaque si quid apud Suidam legitur ex Thucydide descriptum, fieri potest ut ex ipsius Suidae Codice sumtum sit et nihil habeat auctoritatis vel ponderis. Verum quidquid Thucydideum apud Bekkeri Grammaticum aut apud Photium affertur, quoniam ex antiquis libris et commentariis manavit, diligenter spectandum excutiendumque est, ecquid prodesse possit ad Thucydidem melius intelligendum vel veteribus scribendi vitiis liberandum. Nihil prodest legisse apud Suidam in v. Ἀπὸ τῆς ἴσης: Θουκυδίδης· οὐδ᾽ αὐτοὶ ἀπὸ τῆς ἴσης κοινὰς ϛρατείας ἐποιοῦντο. οἷον ἀπὸ τῆς ἰδίας ἕκαϛος οὐσίας τὸ

φθάνον, nam futilis haec est annotatiuncula recentioris Graeculi ad Thucyd. I. 15 semibarbaro sermone concepta et a Suida ex suo exemplari descripta. Eiusdem farinae plura apud eum prostant, quae quam inutilia sint unusquisque statim intelligit. Contra utilissima sunt quae ἐν τῇ τῶν χρησίμων λέξεων συναγωγῇ et apud Photium exstant, quorum pauca quaedam proferam, quae faciunt ad emendatam lectionem aut reperiendam aut stabiliendam. Aelii Dionysii sunt quae leguntur in Bekkeri Anecd. p. 406, 20: Ἀνοκωχὴν διὰ τοῦ ο τὴν ἀνοχὴν λέγουσι. πολὺ δέ ἐϛι παρὰ Θουκυδίδῃ. Habent haec et formam Aelianae λέξεως et veteris atticistae sanam eruditionem. Nempe composita ex — οκωχή perpetuo apud sequiores Graeculos certo mendo infici solent. Optima de illis formis primus docuit Valckenaerius ad Ammonium pag. 23 sqq. Primus Homero reddidit συνοκωχότε et Hippocrati συνοκωχή. Praeter συνοκωχή antiqua Graecitas habebat διοκωχή, κατοκωχή, παροκωχή, μετοκωχή, περιοκωχή, et quod Aelius Dionysius commemorat ἀνοκωχή. Haec omnia longa dies abolevit et sine vestigio illae formae ad unam omnes perierunt. Si quando in Veterum scriptis legebantur, aut nova forma κατοχή, ἀνοχή, παροχή substituebatur aut vitiata forma et obscurata origine antiqua A pro O supponi et ἀνακωχή, διακωχή, παρακωχή, κατακωχή rescribi solebat. Soli eruditi grammatici et ἀττικιϛαὶ veteres antiquarum formarum memoriam servaverunt. In gaza Hesychiana et Homericum συνοκωχότε salvum et incolume ad nos pervenit et Διοκωχή: διάϛασις χρόνου τινός, et Κατοκωχή: κατοχή, et Κατοκώχιμον: κάτοχον, ἐχυρόν, et Μετοκωχή: μετοχή. et Περιοκωχή: περιωπή, imo vero περιοχή, ut certa analogia demonstrat, et corrigere occupavit Pierson. ad Moerid. p. 86. Idem συνοκωχή servavit in v. Συνοκωχότε: ἐπισυμπεπτωκότε. συνοκωχὴ γὰρ ἡ σύμπτωσις. Superest Ἀνοκωχή quoque apud Hesychium suo loco Ἀνοκωχή: ἀναχώρησις, ἀνοχή, quorum hoc solum verum est, namque ἀνοκωχή, forma vetus Attica pro ἀνοχή, significare numquam potuit ἀναχώρησις. Ἀνοκωχή et ἀνοχή sive ἀνοχαί significant ἀνάπαυσιν, imprimis τοῦ πολέμου, *inducias*, quas postea Graeci ἐκεχειρίαν appellarunt. Thucydides vocabulo ἀνοκωχή saepe usus est, ut Aelius Dio-

nysius testatur. Sex sunt apud Thucydidem loci, ubi vetus Attica forma reponenda est: scribendum est enim I. 40: Κερκυραίοις δὲ οὐδὲ δι' ἀνοκωχῆς πώποτε ἐγένεσθε. et I. 66: ἔτι ἀνοκωχὴ ἦν. et III. 4: ἀνοκωχὴν ποιησάμενοι. et IV. 117: γενομένης ἀνοκωχῆς κακῶν. et V. 32: ἀνοκωχὴ ἄσπονδος. et VIII. 87: τριβῆς ἕνεκα καὶ ἀνοκωχῆς. Hi loci nunc omnes eodem mendo affecti sunt, nam ubique fideli concordia Codices Mss. ἀνακωχή, ἀνακωχῆς et ἀνακωχὴν exhibent. Idem mendum pertinaciter haeret in Διοκωχή et Παροκωχή. Thucydides scripserat III. 87: ἐγένετό τις ὅμως διοκωχή, et VI. 85: νεῶν παροκωχῇ, sed scribis aliter visum est, qui διακωχή et παροχῇ supposuerunt. Aelius Dionysius hos locos omnes emendatos praestabit. Exstat eius animadversio triplex, vel potius una atque eadem observatio nunc tripartito divisa et sic disiecta, ut pars apud Bekkerum supersit, pars apud Photium, pars apud Suidam ex Photio. Aelius Dionysius una λέξει complexus olim est ea quae nunc dispersa sunt sic, ut in Bekkeri Anecdotis exstet: Ἀνοκωχὴν διὰ τοῦ ο τὴν ἀνοχὴν λέγουσι. πολὺ δέ ἐστι παρὰ Θουκυδίδῃ, et apud ipsum Photium: Παροκωχή: παροχὴ παρὰ Θουκυδίδῃ, ὡς ἡ ἀνοκωχὴ καὶ διοκωχή, et apud Suidam: Διοκωχή: ἀνακωχὴ χρόνου. Ostendemus alio loco Aelii Dionysii λέξεις saepe sic discerptas esse, ut quae ille olim composuisset postea diversis locis κατὰ στοιχεῖον disponerentur. Docuerat igitur Atticos dicere ἀνοκωχή διὰ τοῦ ο, idque eorum causa, qui ἀνακωχή διὰ τοῦ α solebant dicere, et simul docuerat παροκωχή quoque et διοκωχή Atticis usitatas formas esse. Quod addidit διὰ τοῦ ο satis demonstrat iam tum scripturam διὰ τοῦ α pervulgatam fuisse, sed nulla est dubitatio quin illius aetate in libris Thucydideis ubique sine mendo ἀνοκωχή legeretur, et διοκωχή et παροκωχή. Et sic olim apud Thucydidem legerat Aelii Dionysii abavus Dionysius Halicarnassensis, qui in libro περὶ τοῦ Θουκυδίδου ἰδιωμάτων cap. III. pag. 793. Reisk. ita scribit: Γλωσσηματικὰ μὲν οὖν (apud Thucydidem sunt) καὶ ἀπηρχαιωμένα καὶ δυσείκαστα τοῖς πολλοῖς τό τε Ἀκραιφνὲς καὶ ὁ Περιλογισμὸς καὶ ἡ Περιωπὴ καὶ ἡ Ἀνοκωχὴ καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, nam sic Ἀνοκωχή (non Ἀνακωχή) ab eo scriptum esse res ipsa cla-

mat: cf. Valcken. ad Ammon. l. l. Itaque duos habemus ex eadem familia testes locupletissimos, abavum et abnepotem, vivo Augusto et Hadriano *ἀνοκωχήν* apud Thucydidem *ἀττικιςί* scriptum fuisse testantes, eamque scripturam solam ratio et analogia tuentur et admittunt, eandemque crebro optimi scriptores veteres usurparunt, Thucydides, Hippocrates, Plato (qui in Phaedro scripsit p. 245 A. *ἀπὸ Μουσῶν κατοκωχή τε καὶ μανία*, et in Ione p. 536 C. *θείᾳ μοίρᾳ τε καὶ κατοκωχῇ*), et dubitabimus etiam unice veram lectionem probare et recipere propter auctoritatem librorum multis saeculis post exaratorum et omnibus modis interpolatorum? Non faciemus, sed libris recentioribus opponemus utriusque Dionysii auctoritatem et librarios in manifesta fraude deprehensos facessere iubebimus.

Eadem opera reddemus Moeridi suam manum p. 86: *Ἀνοκωχὴ ἀττικῶς, ἀνοχὴ ἑλληνικῶς*, nam hunc quoque locum scribae corruperunt, suum *Ἀνακωχή* de more supponentes, ut fecerunt apud Thucydidem, apud Platonem (ubi pro *κατοκωχῇ* in Ione *κατακωχῇ* substituerunt et in Phaedro *κατοχή* pro *κατοκωχή*) apud Dionysium et alios. Vide quid in ipsa Aelii Dionysii *λέξει* designaverint apud Photium et non desiderabis aliud argumentum. In Codice Galeano scriptum est: *Παροκωχή — ὡς ἡ ἀνακωχὴ καὶ διακωχή.* Editores sine mora *ἀνοκωχή* et *διοκωχή* reposuerunt. Rectissime. Verum quid tu scribas in aliis locis committere posse putas, qui ne a tali quidem loco manum abstinere potuerunt?

Transeo ad alium Thucydidis locum nuper gravi errore liberatum, cuius loci emendationem Aelius Dionysius adiuvit et nunc agnitus confirmabit. Est enim Aelii Dionysii *λέξις* Thucydidea bifariam dissecta et duobus apud Photium locis posita, primum in v. *Σᾶ: περισπωμένως τὰ σῶα. εἴρηται δὲ καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ. σᾶ ἡ πόλις, οἷον σώα ἡ πόλις.*

Σᾶ τὰ σῶα λέγουσι μονοσυλλάβως, ἀπὸ τοῦ σῶα συναιροῦντες καὶ τὸν σῶον καὶ σῶν· καὶ σῶοι, σοῖ· παρὰ δὲ Θουκυδίδῃ δισυλλάβως σῶοι. et in v. *Σῷ μονοσυλλάβως οἱ σῶοι καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ. οἱ δὲ συνηθέςερον γράφουσι σῶοι.* Prima annotatio cuius sit non constat. In secunda *Σᾶ τὰ σῶα*

λέγουσι μονοσυλλάβως κτἑ. unusquisque statim Aelii Dionysii *λέξιν* poterit agnoscere. Ne quis fallacem hanc suspicionem esse criminetur, producam disertum testimonium Eustathii ad Iliad. N. 773 (p. 959, 42): *τὸ δὲ σῶς εὕρηται, φασὶ, καὶ θηλυκῶς. Ἀριστοφάνης·*

οὕτω γὰρ ἡμῖν ἡ πόλις μάλιστα σῶς ἂν εἴη.

λέγουσι δὲ καὶ σᾶ τὰ σῶα οἱ παλαιοί, παρ' οἷς καὶ σᾶ ἡ σώα. Εὐριπίδης ἐν Ὑψιπύλῃ·

εὔσημα καὶ σᾶ καὶ κατεσφραγισμένα.

Ἀριστοφάνης·

ἡ μᾶζα γὰρ σᾶ καὶ τὰ κρέα χὠ κάραβος.

Αἴλιος δὲ Διονύσιος εἰπὼν τινα καὶ αὐτὸς τοιαῦτα λέγει ὅτι καὶ σῶοι σοῖ καὶ σῷ δὲ, φησὶ, μονοσυλλάβως οἱ σῶοι καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ. Vides certum esse quod diximus. Ipsam Aelii Dionysii *λέξιν* tenemus, sed misere corruptam et apud Photium et apud Eustathium. Possumus illud detrimentum aequo animo ferre propterea quod de re ipsa satis constat. Nihil nos novi Aelius Dionysius docere potest, neque quidquam aliud ab eo requirimus quam auctoritatem ac testimonium ad stabiliendam loci Thucydidei emendationem adversus eos qui mordicus librorum recentiorum scripturam retinent. Constat enim nunc inter omnes *τούς γε ἐπαΐοντας τῶν τοιούτων πέρι* Atticos olim constanter dixisse *ὁ σῶς, ἡ σῶς, τὸ σῶν*, et *οἱ σῷ* et *τὰ σᾶ* et *τοῦ, τῆς σῶ* et *τῷ, τῇ σῷ* et *τὸν, τὴν σῶν*, sed sequiores Graeculos suum *σῶος, σώα, σῶοι, σῶα* cet. tantum non ubique antiquis formis Atticis substituisse. Diximus nuper de ea re quum Xenophonti in Hellenicis redderemus VI. v. 39: *ἐν ᾧ σῷ ἔτι εἰσὶν οἱ σύμμαχοι* in Mnemos. IX. p. 393. ubi utriusque Dindorfii observationes de hac tralaticia librorum corruptela indicavimus. Primus omnium vidit Dindorfius mendosum esse locum Thucydidis I. 74: *ὅτε γοῦν ἦμεν ἔτι σῷοι οὐ παρεγένεσθε*, et genuinum esse *ἔτι σῷ*, ut apud Xenophontem in Cyropaed. IV. iv. 2: *ἐπυνθάνετο εἰ σῷ εἶεν πάντες*, et saepe alibi. Ex his manifestum est quid Aelius Dionysius scribere debuerit, nempe *σῷ* pro *σῶοι* apud Thucydidem legi, namque nulla esse potest dubitatio quin sic legerit et hanc ipsam formam Atticam esse annotaverit. Videndum igitur est an Dionysii manum

revocare possimus. In qua re notandus est locus in Etymologico Magno p. 742, 1: Σῷ μονοσύλλαβον οἱ σῷοι. καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ. ἡ δὲ συνήθεια γράφει σῷος. Λέγει δὲ Ὦρος ὁ Μιλήσιος ἔχειν τὸ Ι προσγεγραμμένον. Pro verbis ἡ δὲ συνήθεια γράφει in optimo Codice D. est οἱ δὲ συνή^{θ} γ^{ρ}, id est: οἱ δὲ συνηθέςερον γράφουσι σῷοι. Nempe Etymologici auctor ipsam Aelii Dionysii λέξιν ad verbum descriptam suae farragini inseruit: id quod saepius ab eo factum esse infra ostendemus. Ubi semel constabit auctore Aelio Dionysio apud Thucydidem σῷ scriptum fuisse μονοσυλλάβως, non erit difficillimum priorem λέξιν apud Photium emendare. Videtur enim Aelius Dionysius sic scripsisse: Σᾶ τὰ σῷα λέγουσι μονοσυλλάβως ἀπὸ τοῦ σόα συναιροῦντες. καὶ τὸν σῷον σῶν. καὶ σῷ οἱ σῷοι. καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ. οἱ δὲ συνηθέςερον γράφουσι σῷοι. Sic scripta verissimam observationem continent et erudito ἀττικιςῇ digna sunt. Notandum imprimis est quod Dionysius addidit: οἱ δὲ συνηθέςερον γράφουσι σῷοι. Scilicet iam tum Hadriano imperante erant qui apud Thucydidem vulgarem formam σῷοι pro σῷ supponerent: iam tum erant Codices quidam Thucydidis eo manifesto errore infecti, quo nunc ad unum omnes corruptos esse videmus. Sed meliores tamen servabant formam veterem et ipsam historici manum.

Quod autem apud Photium et Eustathium traditur ἡ σᾶ pro ἡ σῶς Atticum esse, nullo modo induci possum ut verum esse credam. Et analogia et certa exempla docent ἡ σῶς unice verum esse. Quod apud Photium legitur σᾶ ἡ πόλις οἷον σώα ἡ πόλις, evertitur eleganti octonario Aristophanis apud Eustathium servato:

οὕτω γὰρ ἡμῖν ἡ πόλις μάλιςα σῶς ἂν εἴη.

quam formam quum multi alii Atticorum loci egregie tueantur (de qua re in animo est alio loco diligenter agere), superest ut locus unicus, ubi nunc σᾶ pro σώα legitur, in integrum restituatur et in Aristophanis senario legamus:

ἡ μᾶζα γὰρ σῶς καὶ τὰ κρέα χὠ κάραβος.

Accedo ad aliam Aelii Dionysii λέξιν Thucydideam, quae apud Photium superest in v. Πασσυδί: παντελῶς ὁ Θουκυδίδης η'· μὴ οὕτως τε πασσυδὶ διεφθάρθαι. ὅπερ ἀγνοή-

σαντές τινες γράφουσι π α σ σ υ δ ί. ἔςι καὶ ἐν Αὐτομόλοις Φερεκράτους. Quo minus dubites quin haec quoque ex Aelii Dionysii Ἀττικοῖς Ὀνόμασιν a Photio descripta sint, audi Eustathium ad Iliad. B. 12 (pag. 166, 14): τὸ δὲ π α ν σ υ δ ί ῃ καὶ διὰ τῶν δύο σ γράφουσιν οἱ παλαιοί, ὡς τὸ σ ύ σ σ ι τ ο ς, σ ύ σ σ ω μ ο ς καὶ τὰ ὅμοια. δηλοῖ δὲ κατά τινας τὸ παμπληθεί. ἕτεροι δέ φασι π α σ σ υ δ ί ῃ ἀντὶ τοῦ πανςρατιᾶ, μηδενὸς ἀπομάχου μένοντος. ἄλλοι δὲ π α ν σ υ δ ί ῃ ἀντὶ τοῦ πανορμεί. Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἀντὶ τοῦ π α ν τ ε λ ῶ ς, ὅθεν παρὰ Θουκυδίδῃ τὸ π α ν σ υ δ ε ὶ δ ι ε φ θ ά ρ θ α ι. Itaque certum est ea quae apud Photium leguntur Aelium Dionysium auctorem habere: sed λέξις mendosa est neque integra, namque non intelligitur quo spectet ὅπερ ἀγνοήσαντές τινες. neque apparet quid tandem pro πασσυδί rescripserint qui in illo incognito errore versabantur. Dindorfius ad Steph. Thes. suspicatur emendandum esse: ὅπερ ἀγνοήσαντές τινες γράφουσι π α ν σ υ δ ί ᾳ. Sed πχνσυδίᾳ probum et genuinum est et sine vitio legitur semel et iterum apud Xenophontem et in Euripidis Troad. 792.

τίνος ἐνδέομεν μὴ οὐ πανσυδίᾳ
χωρεῖν ὀλέθρου διὰ παντός,

quod planissime idem significat quod dicit Thucydides πασσυδὶ διεφθάρθαι. Suspicor Aelium Dionysium probare formam πασσυδί, et reiicere vulgatam librorum scripturam πανσυδί. Sed nihil liquido definiri aut demonstrari potest et parum refert, quia de vocabuli significatione nulla esse potest dubitatio. Esto πασσυδί (πανσυδί) sive παμπληθεί sive πανςρατιᾶ, certum est πασσυδὶ διεφθάρθαι significare παντελῶς aut παντάπασιν ἀπολωλέναι. Sed aliud est in quo Aelii Dionysii λέξις Thucydidi prodesse potest. Editur apud Thucydidem VIII. 1. ἐπὶ πολὺ μὲν ἠπίςουν — μὴ ο ὕ τ ω γ ε ἂ ν π α σ σ υ δ ὶ διεφθάρθαι, vel μὴ οὕτω γε ἄ γ α ν πασσυδὶ διεφθάρθαι, vitiose utrumque. Voculae ἄν nullus omnino locus est, et ἄγαν id est *nimis* risum movet. Aelius Dionysius neque ἄν neque ἄγαν apud Thucydidem legit, sed μ ὴ ο ὕ τ ω γ ε πασσυδὶ διεφθάρθαι, quod unice verum est et Thucydidi sine mora restituendum.

Ex caeteris λέξεσι Thucydideis, quae Photius a Dionysio sumsit, unam tantum delibabo ut Thucydidem vetere et ridi-

culo mendo aliquando liberem. Photius in v. Σῖτος haec habet: *Σῖτος πᾶς ὁ σιτικὸς καρπός, οὐχ ὁ πυρὸς μόνον. καὶ αὐτὰ τὰ σιτία. Θουκυδίδης δ΄. καὶ τῶν νεῶν οὐκ ἐχουσῶν ὅρμον αἱ μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ᾑροῦντο, αἱ δὲ μετέωροι ὥρμουν.* Leguntur haec ipsa verba apud Thucydidem IV. 26 sine ulla varietate nisi quod *κατὰ μέρος* additur post *ᾑροῦντο.* Nemo videtur animadvertisse quam ridiculus error insit in vulgata lectione: *στενοχωρία τε ἐν ὀλίγῳ στρατοπεδευομένοις ἐγίγνετο,* inquit, *καὶ τῶν νεῶν οὐκ ἐχουσῶν ὅρμον αἱ μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ᾑροῦντο κατὰ μέρος, αἱ δὲ μετέωροι ὥρμουν.* Quid audio? *αἱ νῆες σῖτον ᾑροῦντο*! Dicebantur *αἱ τριήρεις* ab iocosis Atheniensibus *ἀδηφάγοι*, neque immerito, sed aliud est dicere eas *cibum capere*, idque *ἐν τῇ γῇ*. Quid multa? Corrige *οἱ μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ᾑροῦντο κατὰ μέρος, οἱ δὲ μετέωροι ὥρμουν.* Non *navium* pars cibum capiebat in littore, sed *classiariorum*: caeteri interea *μετέωροι ὥρμουν.* De *classiariis* utramque recte dicitur *σῖτον αἱρεῖσθαι* et *ὁρμεῖν μετεώρους*; de *classe* utrumque dicere absurdum est. Facile apparet unde sit natus error, qui et Codices omnes obsedit et verba Thucydidis ab Aelio Dionysio descripta. Quam bene classiarii, *οἱ ἐν ταῖς ναυσὶ*, dicantur *ὁρμεῖν, ἐφορμεῖν, μετέωροι ὁρμεῖν,* vix opus est demonstrare. Thucyd. III. 4: *λαθόντες τὸ τῶν Ἀθηναίων ναυτικὸν, οἳ ὥρμουν ἐν τῇ Μαλέᾳ πρὸς βορέαν τῆς πόλεως.* VIII. 75: *τῶν πολεμίων ἀντιπρῴρων ἐγγὺς* (dele *ἐγγὺς*) *ἐφορμούντων.* Est locus Demosthenis mendose apud Photium ex Harpocratione descriptus in v. *Οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμῇ τοῖς πολλοῖς: Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. παροιμία ἐστὶν ἐλλιπῶς εἰρημένη. προσυπακουστέον δὲ ἔξωθεν τὸ ἀγκύρας.* Locus Demosthenis legitur p. 319, 18: *ὁ δ' ἀφ' ὧν ἡ πόλις προορᾶταί τινα κίνδυνον ἑαυτῇ, τούτους θεραπεύων οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς.*

Nunc quidem Photii Lexicon depono de manibus. Demonstrabo alio tempore quantum boni ex Aelii Dionysii *λέξεσιν* peti possit ad emendanda scripta Platonis, Xenophontis et aliorum, et quam utiles sint Boëthi annotationes ad Platonem inveteratis erroribus liberandum.

C. G. Cobet.